



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.

[Liber I-VI]

Baronio, Cesare

Romæ, 1636

Annales Ecclesiastici Caesaris Baronii S.R.E. Card. A Lvdovico Avrelio Perusino. In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est. Liber V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65044)

ANNALES
ECCLESIASTICI
CAESARIS
BARONII
S. R. E. CARD.

ALVDOVICO AVRELIO
Perusino.

In totidem libellos breuissimè redacti
in quot magna volumina opus
ab Authore digestum est.

LIBER V.

Respondens quinto Authoris Tomo.

THEODOSII Chri.
Ann.
395.
Zosimo
l. 5.
morte, rerum sum-
ma ad Filios dela-
ta est, quorum na-
tu maior Arcadius
vigefimum agebat
annum, Honorius
decimum.

Ruffinus. Ruffinus, Is, qui haftenus potentia *Claudio*
cæteros facilè superauerat, contem- *in*
ptum se, non à Theodosio tantum Sti- *Ruff.*
liconis prælatione, sed, nouo Eudoxiæ
matrimonio, etiam ab Arcadio, quem
Gene-

Generum ipse destinauerat, ægerrimè ferens; occulto cum Gothis inito fœdere, alijsque Barbaris aduersus Arcadium sollicitatis, Rom. Imperium in maximum discrimen adduxit.

L. 26. et seqq. de Hæret. & Gentiles legibus diuinam, sibi opem *Arca-*
di le-
ges.

L. 10. de Pa-
gan.
C. Th.

Hier.

ep. 3.

Soz. l.

8. c. 1.

conciuauit, Rescriptis ad Ipsum in primis Ruffinum editis, qui Præfectum Prætorio adhuc agebat. Romanus tunc Exercitus, Stilicone militiæ Magistro, statiuam apud Italiam habebat; quo tēpore illinc Hunni in Asiam, hinc Gothi, Duce Alarico, in Europam irrupentes, florentissimas Regionem populati sunt. adfuit Stilico Romanis cum copijs funestam Græciæ cladem vlturus. at Ruffinus, qui, antequam Hunni Gothis iungerentur, prælio aduersus alteros decernere è re sua nequaquam esse existimabat, sequestrem se pacis simulans, Arcadio Author fuit, vt Stiliconem redire in Italiam compelleret, parte interim copiarum Constantinopolim euocata. indignè id milites tulere. iam tum itaque Hominem prodicionis arguentes, infenso in eum animo recessere; cum Ipse, vt sunt inania eorum consilia, quos coecat ambitio, horum se maximè auxilio Imperium adepturum speraret. ita enim rem cum suis trans-

Barba-
ri in
Rom.
Imp.

egerat,

Ruffini egerat, vt accedentibus Byzantium
consi- militibus (Stilicone æmulo longè
lia. agente) liberali donario deuinctis,
 initio a paucis, iam precio corruptis,
 facto, Augustus acclamaretur. res ali-
 ter omnino cessit quippè obuiâ exer-
 citui cū Arcadio factus; dum Iuuenē,
 Augustum, vt se Collegam assumat, in-
 tentato etiam metu, maximè vrget,
 quasi Barbarorum arma auerti alia ra-
 tione haud possent; Militibus æquè,
 ac Principe rei indignitate motis, &
 iam palam proditorem conspicienti-

Ruffini bus, tumultu excitato, discerptus,
eades. malè auspiciatæ proditionis poenas
Militis dedit. ferunt militem Ruffini dexte-
rudus. ram circumtulisse, eaque porrecta,
 stipem quærivisse, qua oblata, adductis
 mox neruis, dextræ digitis subindè
 contractis, quadam auiditatis specie
 Hominis auaritiæ illufisse.

Ruffini cæde, quamquam hac ex *Chry-*
parte res in tutum positæ videri pote- *soft. ad*
 rant; tamen haud quaquam summoti *Vid.*
 Barbari qui eò iam peruenerant, vt
 Rom. Imperij Prouincias quasi indi-
 genæ incolerent.

Hono- Quod ad res pertinet Occidentis,
rius Ec- Honorius peculiari sanctione priuile-
clesijs gia omnia sacrosanctis Ecclesijs a ma-
cōsuliz ioribus collata rata esse iussit, præfa-
 tus temporibus suis augeri potius,
 quam minui oportere.

Valerius interim Hipponensis Epi-

100-

L. 29.
 de Epi-
 sc. &
 Cler.
 C. Th.

scopus veritus, ne Augustinus, cuius
opera in eius Ecclesiæ administratione
utebatur, ad aliam Ecclesiam re-
gendam raperetur; se adhuc supersti-
te illum Episcopum consecrari curat,
Ciuibus quoque adnitentibus, qui, ea-
dem metuentes, Eum diutius veluti
sub custodia habuerant. porrò ex Au-
gustini Monasterio multos interim,
tum Episcopos, & inferioris ordinis
Sacerdotes, tum aliorum Coenobio-
rum Institutores prodijisse, præter alios
testatur Paulinus, qui haud ita pridem
omnium cum admiratione ob claritu-
dinem generis, post amplissimorum
Magistratum administrationem No-
lam, vt diximus, secesserat.

Qui sequitur annus duorum Augg.
Consulatu notatus habetur. Hono-
rius Mediolani adhuc agebat, qua in
Urbe consueta edidit munera, Africa-
nis belluis in Theatrum inductis. res
quemdam, Stiliconis iussu, Milites ad
poenam petebant; Is ad Templum
confugit, receptusque ab Ambrosio
est, eiusque Clericis, &, vt fas, pro-
tectus: Illum tamen Milites nequie-
quam prensantem sacram Aram, &
Ambrosij opem implorantem, addu-
xerunt. at enim haud ita multo post
in Theatrum cum venissent, & tuto,
vt videbatur, loco confedissent, ab im-
missis Pardis saltu maximo appetiti,
soe-

Augu-
stinus
Episc.
conse-
cratur

S. Pau-
linus.

Mirũ
de Ec-
cl. vio-
latori-
bus.

foedè discerpti, contemptæ Religio-
nis poenas dedere. Stilico Ipse per-
terrefactus noxium, exilio tantum mul-
ctatum, supplicio exemit.

Hoc eodem tempore Fritigil Regi-
Marco na Marcomanorum (qui nunc Mora-
māno- ui dicuntur Germaniæ Populi) Ambro-
riū Re- sij fama permota, Legationem ad Euna-
gina. instituit regijs cum muneribus, rogat-
que, Fidei ad se formulam mittat. Am-
brofius, haud cunctatus, Epistolam ad
Eam dat in modum Catechismi, sua-
detque, vt Virum ad eandem Fidem,
ac Romanorum amicitiam hortetur;
quod & perfecit. sequenti porrò an-
no Mediolanum Ipsa accersit, quo
tempore Ambrosius iam obierat.

Iisdem Coss. prædictum à Sancto *Mar-*
Byzan- Viro Constantinopolitanæ Urbis ex-
tium cidium, populi ad Deum preces, & *cell. d. p.*
serrore publicè acta criminum expiatio ita *Prosp.*
affectu auertit, vt tamen, ne quis putaret Dei *chron.*
Seruum, aut deceptum Ipsum, aut
alios decepsisse; prædicta die omni-
bus, vnà cum Arcadio Vrbe exceden-
tibus, ignea nubes aliquandiu Vrbi im-
minens visa sit omnia concremare:
terra quoque interim horribili motu
concussa, Populo in preces effuso in-
spectante, audienteque. territi itaque
Ciues, & ad meliorem frugem per-
ducti, in Urbem, nube discussa, re-
meantes, illæsam eam, Deo miseran-
se, repetere. rem testatam, præter
alios,

de exc. alios, fufius D. Auguftinus tradit.

Vrb. Per idem tempus S. Nicetas Daciae S. Ni-

c. 6. Epifcopus, extra eam quoque Pro- cetas.

Paul. uinciam Chrifti nomen longè latè que

ap. 26. inter Barbaros propagauit; quodque

mirum eft magis, cū ipfa Chrifti Fide

Monafticam quoque difciplinam in- S. Vi-

uexit; quod Sanctus quoque Victri- trici-

cus Rothomagenfis Epifcopus egre- us.

giè præftitit.

Chri. Ad annum Chrifti CCCIIIC. spe- Mela-

Ann. Etat Melaniae cum Ruffino ad Urbem Mela-

397. reditus, de quorum per Ægyptum, ditus.

ac Palæftinam peregrinatione, ac diu-

tina Hierofolymis mora, alibi memini-

mus. abfuere annos omnino XXV.

Melaniae laudes præter alios congerit

Ep. II Paulinus, qui illam hoc tempore in-

ad Se- Patriam remeantem Nolano fecef-

uer. fu hospicio excepit, donatusque ab

ea eft facrofanctæ Chrifti Crucis fru-

ftulo, quo poftea ingens patratum mi-

In na- raculum idem Paulinus eleganti car-

tal. 10 mine cecinit. cum enim oppleta foe-

S. Fe- no casa conflagraret, & iam vicinum

lic. Paulini hospitium vorax flamma per-

uaderet, Crucis ligno ab eo deprom-

to, flammisque veluti oftentato, re-

troceffere illæ primo, tum verò, ma-

terie adhuc fuppetente, penitus ex-

tinctæ sunt.

Hier. At quis credat à Melania hærefim

7 Ruff. in Urbem pænè inuectam? Origenis

7 ep. 16. 66 illa errores, Ruffino Inftitutore, in-

7 71. Hie-

Mela-

nia in

fraude

Hie-

Crucis
miracu-
culū.

il.
it.

ep.
p.
n.

*pelle-
sta.*

Hierosolymitano secessu ita imbibē-
rat, ut summam pietatem existimaret
his ipsis alios omnes imbueret. res Hie-
ronymo per amicos, qui Romę erant,
cognita, Ipsum mouit, ut acriter in
Ruffinum inueheretur, Romanosque
fraudis admoneret. mira autem Dei
dispensatione factū videtur, ut à Fœ-
mina vexillum impietatis erectum,
pietatis tamen notatum caractere, à
Fœmina in primis detectum deiceretur.
Marcella ea fuit, quę, pari nobi-
litate conspicua, pietatis tamen insti-
tutione præstantior, fraudem inter pri-
mos ex his, qui Romę erant, odorata,
omnem operam adhibuit, ut venenum
antequam latius serperet, ac in Urbis
quasi viscera penetraret, extingueret.
Prodierat sub ipsum Melanię in Vr-
bem aduentū latinitate à Ruffino do-
natum interpretis tamē nomine haud-
quaquam prodito Origenis Opus,
περὶ ἀρχῶν, hoc est, *de Principijs*, er-
roribus refertissimum; multa enim in
eo legebantur impia dogmata de An-
gelorum ruina, de Animarum lapsu, de
Resurrectione, de Mundo, seu Mundis
Epicuri, deque omnium restitutione
in æqualem statum, hisque adhuc de-
teriora; quamquam ea, quę de Trini-
tate Origenes delirauerat, latina inter-
pretatio non habebat. Is itaque liber
cum iam per omnium manus circum-
ageretur, exscribereturque, atque

*Mar-
cella
zelus.**Orige-
nis er-
rores.*

aui-

*Mar-
cell.
chron.
Pau-
lin.
vit.*

avidissimè legeretur, ad Hieronymum
transmissus est, cuius opera, accedente
etiam postea Anastasij Papæ, qui Siri-
cio successit, autoritate, periculum
discussum, tranquillitas restituta est.

Mar-
cell.
chron.
Paul-
lin. in
vit.
Hoc eodem anno pridie Nonas S. Am-
brosij Aprilis Ambrosius Mediolanensis An-
tistes Vir eximius moritur, exactis in obitus.
Episcopatu annis XXII. ætatis LXIII.
prædixerat se vsque ad Pascha cum
suis futurum; cumque ex Ipsius præ-
dictione, ac morbi vi, Eius interitus
certus iam apud omnes esset, Stilico-
nem dixisse ferunt, Ambrosio deficien-
te, Italiæ ruinam sequuturam. non va-
num autem fuisse Vatem, miserandum
eius Prouinciæ excidiū comprobauit.

Scriptit Ambrosij Viram Paulinus, *Am-
brosij*
qui Ei à cōmentarijs erat, alius tamen *vita*
ab Eo, qui Nolæ hoc tempore agebat, *An-
thor.*
eius postea Urbis Episcopo. scripsit
autem hortante Augustino, cui non
Mediolani tantum, sed etiam in Africa,
quo se postea accessisse scribit, notus
esse potuit. cæterum quod spectat ad
huiusmodi Paulini commentarium,
summa fide scriptum nemo dubitet,
multa tamen in eo desiderari ex Ipsius
Ambrosij, ac aliorum scriptis com-
probatur. quo factum est, horum ut
Author Annalium multo auctiorem
Ambrosij vitam ediderit, atque ipsius
operibus præfixerit, quod alibi indica-
uimus.

Am.

500 *Epit. Annal. Eccles.*

*Cöcil.
Tauri
nense,
ac Car
thag.*

Ambrosio Successor datus est Simplicianus effœta iam ætate Senex; nec ita multo post celebratum est Taurinense Concilium, ac, post illud, Carthaginense, quod tertium à Collectore appellatur, qui multa alia ante Constantinum ibidem coacta prætermisit.

*Augg.
leges.*

Huius ipsius anni initio Honorius L. 30. optimæ indolis Adolescens privilegia de Epi à Maioribus Ecclesiæ concessa, nouo sc. & ad Theodosium Præf. Præt. Rescripto Cler. roborauit. Subindè Arcadius, frater- L. 43. nam pietatem æmulatus, Apollina- de Ha- rium hæresis Doctores Vrbe expulit: *ret.* Iudæos, qui criminibus, aut æri alie- L. 2 de no obnoxij, quo Christianorum im his qui munitate gauderent, Christianos se de re- esse simulabant, recipi vetuit: Magi- lig. stratus ambientes coercuit. L. 1.

*Ioan.
Chryso
stomus*

Nectario interim Byzantij Episcopo ad L. vita functo, Ioannes Antiochenæ Ec- *Iul. de* clesiæ Presbyter, qui postea Chryso- *ambit.* stomus dictus est, eo in munere subrogatur. quamquam Eius consecratio non nisi sequenti anno peracta est.

*Siricij
Papa
mors.
Ana-
stasius
succe
dit.*

Honorio quartum, atque Eutichia no Cofs. Siricius moritur exacto in Pontificatu anno XIII. cui Anastasius sublectus est. Hic nihil prius sibi curandum statuit, quam vt reuocatos per Ruffinum Origenis errores Ecclesiastica censura notaret. Ruffinus sanè, vbi se proditum animaduertit,

*Chri.
Ann.
398.*

Vrbe

*Aug
cont.
lit. P
tbl.*

*L. 3
de E
sc. C
Cler*

*Ma
cell.
shad
Clas
de l
ud. S
lic L.*

Urbe cessit, mentitus antea editum à se Origenis librum aliorum fraude fuisse adulteratum: tantaque conscientia vis fuit, ut damnari absens, quam præsens coargui maluerit. Inter im-
Donatistarum apud Africam furore, qui Catholicorum Tempora incendebant, Clericos quoque malè multaverant, factum, ut Honorius Aug. in violatores sacrarum Ædium, ac Ministrorum capitalem poenam, lege lata, constituerit. post hæc Synodus Carthagine bis coacta Iunio mense, ac Nouembri, quæ tamen præposterè à Collectore recensentur. in his de sacerorum Ministrorum continentia præceptum iteratum. tum ut Clerici, absque ministerij detrimento, Agricultura, alijsque officio operam dare possent: Episcopi consecrandi Fidei professionem emitterent, statutum est: sancitusque est Canon de Infantibus baptizandis. insuper decreta ad Principes Legatio impetrandis defensoribus, qui afflictis ditiorum potentia pauperibus ius dicerent, qua item Legatione, & illud actum, ut reliquæ Idololatriæ in Lucis, alijsque profano cultui dicatis locis abolerentur.

*Ruffinus
dånatur.
Donatistarum
furores.*

*Du-
plex Sy-
nodus.*

*Cleri-
cis con-
tinen-
tia in-
iuncta.
Agricultura per-
missa.*

*Aug.
cont.
lit. Pe-
tr.
L. 31.
de Epi-
sc. &
Cler.*

*Mar-
cell.
Hon.
Cland
de la-
ud. Sti-
lic l. 3.*

At Honorius XIV. ætatis annum cum inisset, Mariam Stiliconis Filiam Vxorem duxit: mox bellum in Gildonem mouit, qui Tyrannidem in Africa occupauerat, Eum que (quod

mirum videri potest) per Mascezilem *de*
 Fratrem debellauit . porrò Mascezil, *bell.*
 siue Stiliconis inuidia , seu , quod ve- *Gild.*
 rius , Deo violatam paulo ante ab eo
 Ecclesiasticam immunitatē vlciscen-
 te, militum seditione occisus est . Su-
 perstes Gildoni fuit Filia Saluina, quæ
 Nebridio nupsit Augustorum affinita- *Hier.*
 te clarissimo , sanctissimoque Adole- *ep. 9.*
 scenti, Viroque citius orbata , Hiero-
 nymo hortante , viduitatem sanctissi-
 mē custodiuit, Honorius verò, qua-
 erat pietate à teneris, vt aiunt, vngu-
 culis, imbutus, collatam ab Apostolo
 iudicandi, etiam inter Laicos, Episco-
 pis potestatem, Constantini quoque
 legibus sancitam, at nescio quo pacto
 interceptam, Sanctione edita, restituit. *L. 7. de*
 Sane Augustinus hoc ipso tempore id *Episc.*
 sibi iurisdictionis ab Apostolo vindi- *Aud.*
 cans, dirimendis se litibus plus nimio *C. Iust.*
 distineri queritur . Possidius quoque *Aug. 2.*
 testatur audiendis Eum non Christia- *Psal.*
 norum modò, sed cuiuscumque Sectæ *118.*
 hominum controuersijs integros sæ- *de*
 pè dies ieiunium insumpsisse. *op. Mò.*
 Iam quod ad res spectat Orientis, *c. 29.*
 Chrysostomus, quem Nectario suffe- *in vit.*
 ctum diximus, cum sinè Populi tumul- *c. 19.*
 tu abduci Antiochia vix posset, ab Vr-
 bis Præfecto Rheda sublatu, quasi
 animi gratia extra portā vectus, Con-
 stantinopolim perductus, ac omnium
 cum plausu Episcopali in throno col-
 loca-

*Episco-
porum
iudi-
ciaria
pote-
stas.*

*Chry-
sosto-
mus.*

locatus est . igitur inter prima noui muneris rudimenta seuerissimam aduersus Hæreticos legem ab Arcadio ferri curauit: tum verò Clericorum mores deprauatos cernens, eorum in primis luxum, & cum sacratis Deo Virginibus contubernia sustulit; quam detestandam consuetudinē apud Occidentem quoque hoc tempore viguisse D. Hieronymus testatur. Nosocomia ex ipsis Ecclesiæ redditibus instituit, Episcopalis mensæ sumptibus imminutis .

Hoc tempore Eutropius Eunuchus, summo apud Arcadium gratiæ loco constitutus, Aulæ Orientalis potens erat, sæuitia, atque auaritia insignis .

Eutropius
Eunuchus.

huius impulsu lata lex est contra Ecclesiasticam immunitatem, qua confu- gientes ad Tempia per vim extrahi iu- bebantur; cui tamen, ita Deo mode- rante, Ipse in primis obnoxius Eutro- pius fuit, quod ad sequentis anni res

gestas referemus . Subindē alia quo- que edita est Sanctio, qua Clerico- rum, ac Monachorum licentia coer- cita est . cum enim Constantini Ma- gni edicto liceret Episcopis iniquas Præsidum sententias irritas facere . res eò venerat, vt Clerici, Monachique, quasi vi publica, Reos, dum in culto- diam, vel etiam ad supplicium duce- rentur, abriperent . cæterum Ambro- sium, Augustinum, aliosque Sanctos

Cleri-
corum
ac Mon-
acho-
rum li-
centia.

Epi-

L. 34.
de Hæ-
ret. C.
Th.

L. 3. de
his qui
cōf. ad
Eccl.
C. Th.

L. 16.
de pæn
C. Th.
L. 16. de
Episc.
aud.
C. Iust.

Episcopos Constantini lege ita non
abufos nouimus, vt potius precibus
apud Præfides, agere pro periclitan-
tibus sub gladio Reis confueuerint.

Nono appetente anno ab Honorio *Chri.*
Manlius Theodorus Vir natalibus, at- *Ann.*
que eruditione clarus: ab Arcadio, *399.*
quem diximus, Eutropius feruili ge- *Zofim*
nere multorum inuidia, omnium odio *l. 5.*
laborans, Consules dicuntur; quam- *Aug.*
quam, Eutropio mox gradu deiecto, *de Cin.*
proinde Fastis quoque Consularibus *Dei l.*
expuncto, Manlium tantum vetera *18. c.*
monumenta Consulem habent. *ult.*

*Gai-
nas.*

Gainas Afiani exercitus Dux, qui
Ruffini cæde potentiam auxerat, in-
uidia in Eutropiæ æstuabat; nec æquo
in Arcadium erat animo, quod Is Eu-
nucho nulla re magis quam vitiorum
labe conspicuo, plus nimio videretur
obnoxius. igitur inito cum Tribigildo
Barbarorum Duce foedere, Asiam pri-
mò, tum reliquas Orientalis Imperij
Prouincias ita infestas habere cœpit,
vt Arcadium ad summam rerum om-
nium desperationem adegerit, iniquas-
que Pacis condiciones petendas; in
his præcipua ea fuit, vt Eutropius de-
deretur. vocatus tû ab Augusto Eunu-
chus, qui hæctenus rerum moderator
fuerat, Consulari dignitate exutus di-
mittitur, & rebus Ipse suis consulere
iubetur. rei nouitate perculsus miser,
consilij inops, ad Ecclesiam, cui im-
muni-

*Entro-
pî ca-
sus.*

munitatem nuper ademerat, confugit. concurrentibus ad illum extrahendum non tantum Militibus, sed Populo, qui infenso in eum erat animo, frequentissimo, Chrysofostomus, consensu suggesto, ita peroravit, ut furentem multitudinem non represserit modo, sed etiam ad commiserationem inflexerit.

Chry-
sostomi
dicendi
vis.

Extat Chrysofostomi Oratio ex tempore ea quidem habita, de more tamen, ut videtur, excepta, qua ab Authore hic recitatur. ea igitur sanctus Antistes effecit, ut Eutropij capiti, in quod omnes inclamabant, parceretur, quod, ipso Populo suppliciter ab Augusto, ac rebellis exercitu exposcente, impetratum est, satisque visa est, exilij poena, qua in Cyprum Insulam est deportatus. sed nec antea a Chrysofostomo traditus, quam iureiurando Magistratu ipso obstricto de servanda misero vita. quamquam, Gena adhuc urgente, ac extrema minitante, iusiurandum delusum est, quippe, eo veluti impleto, retractus Chalcedonem Eutropius securi percussus est. fuisse illum a Christiana

Eutro-
pji ca-
des.

De pra
d. p. 3.
c. 38.

Religione abhorrentem, quod ex alijs non constat, S. Prosper testatur.

Eutropij casu opportunè usus Chrysofostomus, Civium mores salubriter instituit. in obscenos quoque ludos inuectus, author Arcadio fuit Maime foedi spectaculi, lege lata abrogandi.

Main-
ma.

L. 2 de
Main.
C. Th.

Y Quod

Quod ad Occidentalem Ecclesiam spectat hoc anno Romam perlata, est Hieronymi germana interpretatio Origenis Operis *περὶ ἀρχῶν*, qua ut illius errores, ita Ruffini fraus detecta est. Alexandriae quoque, Theophilo indicente, coacta Synodus est, qua Origenis opera in disquisitionem vocata, Eiusque prava dogmata Ecclesiastica censura notata, damnataque sunt. datæ insuper non Synodales modo, sed & Paschales, ex more, literæ. Eodem fere tempore quo Alexandria in Synodo, Romæ quoque ab Anastasio Origenes damnatur. & Romæ quidem Origenis heresis extincta omnino est, apud Ægyptum verò, quod in Monachorum quorundam mentibus radices altius egisset, subinde postea repullulavit.

L. 15. Hoc eodem anno utriusque Augusti iussu toto Orbe Idola prostrata, ac eorū Tēpla prostrata.
 16. *de* sunt, Tempia, quæ extra Vrbes essent, diruta, nam quæ intra moenia erant, ne Vrbes ipsæ deformarentur, seruata sunt. Hoc loco Author de Carthaginiensium Dea, qua Cælestis dicebatur, eruditè multa differit. porrò diuino factum consilio fateri cogimur, ut huiusmodi Idololatriæ veluti lethale vulnus in ea ipsa tempora inciderit, in quibus, ex falsis Ethnicorum vaticinijs, quod D. Augustinus tradit, Christiana Religio finem habitura dicebatur.

L. 15.

16. *de*17. *de**Pagã.*

C. Th.

*L. 3.**L. 4.**cod.**tit. C.**Inst.*

De Ciu

Dei l.

18. c.

ult.

Synod.
Alex.
Orig.
erro-
res dā
nati.

Sif
niu
soci
ma
Vig
liu
pisc
ma

Idola,
ac eo-
rū Tē-
pla pro
strata.

Fa
la.

tur. Nec Gentiles tantum edictis com- L. 14.
pescuit, sed etiam Iudæos, ac nefa- de Lu.
rios Manichæos: tum pro Ecclesijs, L. 35.
ac Clericis, eorumque immunitate, de Ha.
Honorius rescripsit.

Postremus quarti à Christo nato Chri-
sæculi annus Consules habuit Stilico- Ann.
nem, atque Aurelianum, quorum Con- 400.
sulatui Sifinnij, ac Sociorum Marty- Gen-
rum Acta adscribuntur, qui non lon- nad.
gè à Tridentina Vrbe à Rusticis Paga- de Vir.
nis interfecti sunt. historiam conscrip- illustr.
fit Vigilius eius Urbis Episcopus, qui c. 37.
& Ipse postea lapidibus obrutus, ean- Vir. S:
dem martyrij palmam adeptus est. Ambr.

Eisdem Cofs. Honorius, & contra in fin.
Donatistas rescripsit, & iudicio Epi- L. 37.
scoporum prospectum voluit, san- de Ha
ctione edita, ne, qui in Concilio Sa- ret.
cerdotum damnati, aut depositi fuif- L. 35.
sent, ad sæculare præsidium confu- de Epi
gerent. sc. &

Prodiere interim à Ruffino in Hie- Cler.
ronymum libri tres. his, quod non sta- C. Th.
tim vulgati, seriusque ad Hierony-
mum perlati sint, biennio post Ipse
egregia, quæ extat, Apologia pro-
uocatus respondit. Scripsit tamen Epist.
hoc anno Fabiolæ Epitaphium, ex quo 30. &
nobilissimæ Matronæ vitæ sanctitas 82
mirè illustratur. illud nequaquam est
prætereundum de alia Eum Fabiola,
quæ Iunior appellanda est, post de-
cennium meminisse, quæ tum viue-

Y 2 ret,

10d.
ex.
ig.
o-
dã
ti.

la,
eo-
Tã.
pro
ita.

Fabio-
la.

ret, cui se conscriptos in Ezechielem libros nuncupasse tradit.

Subinde, quod ad Orientis res spe- *Zosim*
Gaina ctat, Gainas immanis Barbarus ite- *l. 5.*
tyran- rum Arcadio negocium faceffit, quip- *Socr. l.*
nis. pè accedens Chalcedonem Augustum *6. c. 6.*
 Ipsum quasi pro imperio accersit. Il- *Soz. l.*
 le, viribus impar, abnuere haud qua- *8. c. 2.*
 quam est ausus, quodque dedecoro-
 sum est magis, Clarissimos Viros Au-
 relianum Consulem, Saturninum
 Consularem, ac Ioannem, qui ipsi Ar-
 cadio erat à secretis, Tyranno ad ne-
 cem dedere coactus est. Hi constan-
 ti, æquoque animo pro Principis, ac
 Reip. salute huiusmodi Fortunæ ludi-
 brium subiere. at Fera Getica insitam
 sæuitiam ita est moderatus, vt dediti-
 tios securi leuiter percussos, & tan-
 tum non exanimatos, exilio mulctare
 satis duxerit. neque hic stetit Tyranni
 furor: Byzantium ingressus, Arrianus
 cum esset, Templum in Vrbe suæ Se-
 ctæ Hominibus expetijt; Chryso-
 sti tamen constantia, atque facundia
 factum est, vt ab inito consilio rece-
 deret: recessit verò etiam ab Vrbe,
 exercitus parte in ea relicta, ex insi-
 dijs postea, data suis tessera, reditu-
 rus. sed impij Hominis conatus sub-
 uertit Deus. qui enim intra Urbem,
Gotho- erant Gothi, cæsi à Prætorianis, ac
rū ca- Ciuibus ad vnum sunt. Gainas viri-
des. bus imminutus, hostis publicus con-
 cla-

clamatus, Urbem Populo frequen-
tissimam tentare haudquaquam ausus,
in Thraciæ Oppida reliqua sæuitiam
exercuit: missus ea de causa Legatus
ad Eum Chrysofostomus, honorificè à
Barbaro exceptus est, effecitque, vt
Is postea à populationibus abstineret.
tum vero Gainas copiarum partem in
Asiam iterum transmissurus, ratibus
imposuit, quæ hostium impetu, ac vi
procellæ disiectæ sunt. itaque iam ma-
lè tutus retrocedere coactus, in Rom. *Gaina*
milites incurrit, à quibus victus, cæ- *interi-*
susque, perfidiæ poenas, quantumuis *tus.*
feras, dedit.

Contigit hoc ipso tempore Ægy- *Monā-*
pti Monachos ex Nitriæ Monasterijs *ci Cæ-*
vtpote Origenis sectatores à Theo- *genista*
philo pulsos, rursusque è Palestina,
quò confugerant, eiectione Constanti-
nopolim accessisse. Hos Chrysofosto- *Chry-*
mus in Theophilum inclamantes, er- *sofosto-*
rorum autem nondum compertos pro *mus.*
insita humanitate fouit; ex quo con-
flata postea in Chrysofostomum inui-
dia, sequutumque indè exilium ortum
habuere. Conuenerant tum temporis
Byzantium Episcopi nonnulli, inter
quos Eusebius quidam Valentiniano-
polititanus, Is, dato ad hanc rem libello,
dira crimina Ephesi Episcopo inten-
tauit, inter quæ & illud, quod Vxore
dimissa, cum ea postmodum consue-
sceret, ac Filios ex ea suscepisset. ea

occasione alij quoque variorum criminum postulati, ac comperti à Chrysofostomo damnati, ac depositi sunt. Subindè Chrysofostomus Byzantium reuersus, nam in Asiam ea de causa profectus fuerat, Arcadio author fuit, vt Hæreticos omnes Vrbe pelleret. eo factum est, eorum vt ipse odium incurreret, vtque multi, ne patria carent, Catholicam Fidem simularent, & sacra Mysteria cum Catholicis per-

*Eucha-
ristia.
mira-
culū.*

ciperent. prodigium tum accidisse Sozomenus tradit. Arriana Mulier Sacramentum Eucharistiam cum perciperet, diuinam Hostiam vix labijs admouerat, cum eam lapidescere sensit. horrore itaque perfusa, Episcopo se Ipsam detulit, Eique lapidem ipsum dentium vestigia retinentem obtulit, qui eiusdem Sozomeni hæc tradentis tempore adhuc extabat.

Chrysofostomus interim Scyehas, qui in Romanis castris militabant, Arrianæ hæresi obnoxios audiens, quò illos ad rectam Fidem raduceret, multos eius linguæ peritos sacris Ordinibus iniunctiuit, quorum dein' sedula vsus opera Barbaros ab Hæresi reuocauit.

Ineuntis sæculi annus primus Consul habuit Vincentium, ac Frauitam, quo Anastasius Rom. Pont. Rufinum ite finum scriptis in Hieronymum libris ruidā-petulantius oblatrantem, reum prænatur. uorum dogmatum pronunciauit.

Car-

Lib. 8.

Soz. 3.

Theod.

l. 5. c.

30.

Chri.

Ann.

40.

*L.
de
sc.
Cl.
C.
M.
ee.
ck.
So.
6.
So.
8.*

Carthagine hoc tempore Synodus Cœcil.
habita est Aurelio eius Urbis Episco- Car-
po indicente, missaque Romam ad thag.
Anastasium, Mediolanum ad Vene-
rium, qui Simpliciano successerat, Le-
gatio, qua Operarij pro Africana Ec-
clesia expetiti, ac impetrati. quod ve-
rò hæc Synodus, Iunio Mense coacta,
minus frequēs fuisset, alia postmodum,
tres fere post menses, haud paulò fre-
quentior ibidem cogitur ex omnibus
ferè eius Prouinciæ Episcopis, in qua,
hortante Anastasio, de Pace cum Do-
natistis, mittendis que ad Eos ea super
re Legatis actum est, tum alij sanciti
Canones, quos Author hic refert.

L. 36.

de Epi-

sc. &

Cler.

C. Th.

Mar-

cell.

chron.

Socr. l.

6. c. 6.

Soz. l.

8. c. 4.

Hoc item anno Honorius Medio-
lani cum esset, pro Clericorum, ac
Monachorum immunitate ad Pompe-
ianum Africæ Proconsulem rescripsit.

Quo tempore Arcadius auctus est
Filio, quem, ex Aui nomine, Theodo-
sium appellauit.

Accesserat haud ita pridem Byzan-
tium Porphyrius Gazensis Episcopus
vnà cum Ioanne Cæsareæ eiusdem
Prouinciæ Metropolis Antistite. ve-
niendi causa ea fuerat, vt apud Prin-
cipem de Gazensium Ethnicorum in
Christianos iniurijs expostularent, &
si fieri posset, Templorum inibi profa-
norum euersionem impetrarent. res
per Augustam acta est, quæ nonum
iam ferè mensem vterum gestabat.

Theo-
dosius
II. na-
scitur.



Episcopi ad Eius colloquium admissi, tum fausta Illi omnia precati sunt, tum mascula Eam prole augendam sponderunt. Partu, ex Episcoporum vaticinio, foeliciter edito, Augusta gratificandi studio magnoperè incensa, Illos monuit, vt Puerulo recens nato, ac Augusto iam à Patre dicto, commodum cum, sacro Baptismate initiatus, domum solemnè cum pompa reuerteretur, supplicem libellum porrigerent, ab Eo, qui Puerum gestaret, ex Ipsius Augustæ monitu, recipiendum. res ex composito peracta: libello rescriptum est Infantis nomine, ex Episcoporum voto, allatusque ad Arcadium, qui, astu delectatus, præfatusque nouo Augusto refragari nefas esse, Episcopos voti compotes fecit. datum itaque negocium Cynegio V. C. qui militari cum apparitura Gazam delatus, Idola ibidem omnia, publicas, priuatasque apud ædes euerit: Marnæ Templum celeberrimum incendit: tum, sumptus præbente Augusta, Ecclesias Christianis Sacris obeundis excitauit; res fusius à Marco, qui omnibus interfuit, Porphyrij Discipulo recensetur.

Eudoxia cū Chryso. dissidium. Hoc tum quidem Eudoxia eximix *Leo* pietatis, ac Religionis specimen dedit; *Aug.* foelix nisi, Chrysofostomo infensor reddita, lezabelem postea reddidisset. *in vit. Chryso.* nè quem admodum Illius cum Elia, ita *Socr. l.*

Hu. 6. c. 10

*Apud
SUR.
26. Febr.
br.*

Soz. 1. Huius cum Sancto Episcopo, ex abla-
8. c. 10 ta Viduæ cuidam suburbana Villa, *Chryf.*
Nice- contentiones ortum habuere. qua in *seueri-*
ph 1. re tanta in Chrysofostomo primò leni- *tas*
13. c. 9 tas, cum sacerdotalis seueritas enituit,

vt Augustam Templi aditu, Augusto
inspectante, arcere non dubitauerit.
cum autem ex Mulieris Satellitio qui-
dam vim inferre conatus esset, arefa-
cta statim manu, Chrysofostomi geni-
bus aduolutus, dexteræ sanitatem,
vsunque recepit. ad hæc alia non
pauca ab Eudoxia aut per avaritiam,
aut per contentionem gesta, Chry-
sofostomi constantiam illustriorem red-
didere. porro Mulierem avaritiæ, ac

Lib. 5. supra sexum arrogantis Zosimus quo-
que infimulat.

Chri. Secundus sæculi annus Augg. Fra-
Ann. tribus V. Cofs. inchoatur. quo tem-
402. pore Origenistæ, quos diximus, Mo-
nachi à Theophilo Alexandrino, ac
Epiphanio, Hieronymo quoque adni-
tente extorres acti, nequicquã Chry-
sofostomo conciliandæ paci interce-
dente, libellum Arcadio aduersus
Theophilum adeo grauibus refertum
criminibus porrexere, vt Illius caput
in discrimen adduxerint. hac eadem
ex causa haud leuia inter Chrysofosto- *Chry-*
mum, atque Epiphanium orta diffi- *sof.*
dia. Hic etenim properè damnandos *Epi-*
à Chrysofostomo quoque Monachos *phanij*
existimans, cum per literas nihil se *diffi-*
existimans, cum per literas nihil se *dia,*

Y S per dia,

§ 14 Epit. Annal. Eccles.

perficere animaduverteret, Bizantium accessit; ubi cum adhuc cunctantem aspiceret, Illius communionem deuotans, rem acrius apud alios, qui Byzantij erant, Episcopos urgere instituit; verum cum Eos non eadem omnes sentientes cerneret, & Origenis causa ommissa, super intentatis Theophilo criminibus, Augusti iussu, disceptantes; conscensa nauis, Cyprum recessit.

Fabu- cessit. obiisse illum antequam Insula de lam attingeret, ex Chrysostomi præ- Socr. l. 2. c. 13. Chrys. dictione quidam tradunt, qui, & illud 6. c. 13. & Epi addunt, Ipsum vicissim Chrysostomo Socr. l. 2. c. 15. phan. exilium prædixisse. sed hac commentitia esse Author demonstrat, & Epiphaniij Laudes, librosque ab eo editos hic recenset.

Ana- Quinto Kal. Maij moritur Anastasius Rom. Pont. expleto Pontificatus Sever. in vit. anno IV. cui sublegitur Innocentius. & Di. obitus. Quo item anno Martinus Taronensis ab. l. 3. Greg. Episcopus Vir laudatissimus decessit Tur. l. 10. c. 31. ætatis annum agens LXXXVI. Episcopus alterum, ac trigesimum. Martini res gestas præter Severum, ac alios, s. Mar. carnine decantarunt Venantius Fortunatus libris quatuor: Paulinus sex; obitus. ambo, quod mirum, ex oculorum morbo à Martino sanitati restituti. porro Paulinum Hunc non Nolanum Episcopum, sed illo recentiore fuisse, ex his que Author huc affert cõprobat.

Sub idem tempus Mileui apud Nu-

mi

midiam generale totius Africae Con-
cilium celebratur, quod tamen, Colle-
ctoris incuria, cum alio ibidem quar-
tum decimum demum post annum
coacto, commixtum reperitur.

Chri. Ann. 403. Theophilus, Arcadij accitu, vrgenti-
Socr. l. 6. c. 14 bus, quos diximus, Monachis Byzan-
Soz. l. 6. c. 14 tium delatus, suarum partium Episco-
Palla. 8. c. 16 pis compluribus, non ante discessura
Dial. modo, sed etiam ex itinere coactis,
Is non in Monachos tantum infenso
erat animo, sed etiam in Chryso-
stomum, qui studere illis plus æquo vide-
batur. sub ipsum Eius aduentum Chry-
3. Reg. 16. sostomus, desumpto ex sacra Historia
argumento, concionabundus in Ieza-
belem, ac Sacerdotes eius mensæ par-
ticipes inuectus, Eudoxiæ, ac Theo-
phili, aliorumque Ei studentium ani-
mos ita exulceravit, vt non antea de-
stiterint, quam Illum altissimo dignita-
tis gradu deiecerint. enimvero pro
miraculo est habitum, Theophilum,
vt Reum vocatū, Actoris, atque adeo
triumphatoris partes egisse. Is igitur
Eudoxiæ gratia fultus, Ipsiusque adeo
Arcadij nimis sanè vxorij; Conciliabu-
lum Episcoporum omnino XXXVI. in
Ruffini Basilica ad Chalcedonem coe-
git; breuiculo tum ad Chryso-
stomum

Chry-
sostomi
liber-
tas.

Reum arcessit; Chrysoſtomus, & qui
 maiori adhuc numero pro eo erant
 Episcopi (nam XL. fuisse Palladius, ex
 His vnus, testatur) ad Nicænum Cano-
 num prouocarunt, quo erat cautum,
 ne Alexandrinus extra Ægyptum, ne-
 ue alij extra suam Dioecesim ius dice-
 rent, aut Conuentus agerent. quo lo-
 co monendus est Lector, si ante hæc
 tempora Constantinopolitana iam Se-
 des prima post Romanâ fuisset (quod
 ex suppositio Canone Græci autu-
 mant, vt alibi indicauimus) futurum
 vtique, vt, qui Chrysoſtomo stude-
 bant. Episcopi, ad illum potius Cano-
 nem, quam ad Nicenum prouocarent.

Chryſ. facundia. Interim Chrysoſtomus concionandi
 munus haud quaquã intermittens, au-
 ditores frequentes adeò habuisse dici-
 tur, vt Opifices officinas, agros Rusti-
 ci, Nautę nauigia certatim desererent;
 nec interdiu modo, sed etiam noctu

pro Eius securitate excubarent. *hoc
 in loco Authorem, ex Photij Bibliotheca,*

*Chryſ. calumniarum in Chrysoſtomum con-
 gestarum aceruum reuoluentem con-
 sulo.* ad catalogum verò huiusmodi ad-
 dit Ipse Chrysoſtomus ad Ciriacum
 scribens, accusatum se, quod non ie-
 iunos ad sacram Communionem re-
 ciperet. hoc Ipse sub imprecatione di-
 uinæ vltionis, contra Ecclesiæ morem
 fecisse se negat; quamuis Christus Do-
 minus post cenam Apostolos sacra-

*Ieiuni
 comu-
 nionē
 perci-
 piunt.*

*In
 Dial.*

*Chryſ.
 Hom.
 de sui
 expuls
 to. 5.*

Eu.

Eucharistia refecerit. illud quoque à
Palladio additur, crimini Chrystosto-
mo fuisse datum, quod Populum mo-
neret, vt à Sacra Synaxi aut aquam, aut
pastillum degustarent, ne contra vo-
luntatem vna cum saliuâ, aut pituita
quicquam Sacramenti excrearent. sanè
apud Occidentalem Ecclesiam anti-
quo receptum est more, vt, post sum-
ptam Eucharistiam, vinum aqua mix-
tum Fideles accipiant. illud demum
ex eodem Chrystostomo addendum
est. cum enim audiret consuetudinem
quoque cum Muliere sibi obiectari:
*exiite me, inquit, & inuenietis mem-
brorum meorum mortificationem: cæ-*
terum Sanctus Episcopus quantum-
uis insons, defensionem se nequic-
quam instituere cum videret, dam-
nationem æquo animo passus est;
quæ statim, Arcadio quoque subscri-
bente, subsequuta est; haud tamen
ex Aduersariorum sententia, qui Eum,
quasi Maiestatis Reum, ob iactata, vt
ferebant, in Augustam maledicta, ad
necem petebant. quippè Arcadius
exilio Eum mulctare satis ducens; no-
ctu, ad tumultum deuicandum, a mi-
litibus ad Navigium deductum, in
Nicomediensis agri Emporium Præ-
tenum appellatum relegauit. sequuta
nihilominus Populi seditio est maxi-
ma, ac Aduersarijs, Ipsique Principi
metuenda. ad hæc diuino prorsus mi-
raulo

*Potus
post cõ
munio
nem.*

*Chryf.
conti-
nētia.*

*Dāna-
tur.*

*Exilio
mul-
tatur*

*Populi
seditio*

raulo

Prodi- raculo noctu, terramotu excitato, *Pall.*
gium. Ipsius Augusti, ac Coniugis cubicu- *Dial.*
 lum, terrore maximo, ita concussum, *Theod.*
 ut ex parte etiam collaberetur. itaque *l. 5. c.*

Renno- haud cunctandum rati Sanctum Epi- *33.*
catur. scopum iteratis Legationibus reuo- *Soz. l.*
 cant. renuentem, & quietis deside- *8. c. 18.*
 rium causantem legati ideo perpule-

Cum re, quod sanctè deierarent, ni petenti-
pompa bus morem gereret, periculum Urbis
dedu- haud dubiè imminere. mira res: vulga-
gitur. to Pastoris reditu, nauigijs mare op-
 pletum est. in littus postquam exscen-
 dit à Populo inibi frequentissimo ac-
 censas cæreas faces præferente exci-
 pitur, ac veluti de hostibus, atque
 adeo de inuidia triumphans deduci-
 tur. Theophilus interim, & Collegæ,
 nulla de Origenis erroribus disquisi-
 tione habita, extorres Monachos tu-
 multuariè in Concilium admissos, &
 veniam utcumque petentes, in com-
 munionem recipiunt. posthæc, Populi
 odium meruentes, fugientibus similes,
 Ecclesiam quisque suam repetunt. *tra. c. 19.*

Mirū dit Sozomenus, Theophilum, ex iti-
de Phi- nere, Geras, parvam Urbem, vi tem-
lāmo- pestatis eiectum, Urbis Episcopum
no. Philammonem Solitarium Populi tum
 forte suffragijs electum, consecrare
 voluisse. Vir bonus, qui in Ædicula
 extra Urbem obstructo ostio dege-
 bat, causatus oneris sibi impositi gra-
 uitatem, ad illud subeundum adigi nul-

la ratione poterat. instanti enixè Theophilus, oremus, inquit, Pater, ut Dei voluntatem exploremus. annuit Theophilus, & Ipse in preces procumbens. verum cum Philammon orandi finem nullum facere videretur, & iam neque vocatus responderet; deiectis, qui portam obstruebant, lapidibus, Illum mortuum reperere, sepulchro itaque constructo, Templum quoque Ei postea Indigenæ excitarunt. porro non apud Geras modo, sed in Ecclesia vniuersa Eius memoria publicis tabulis consignata est. quo sanè exemplo docere nos Deus visus est, quam non sit Episcopalis cura ambienda, ut mors potius optanda videatur.

At Chrysostomus, ut diximus, restitutus, Arcadium sæpius obtestatus, ut Ipsius autoritate liceret sibi, legitima indicta Synodo, ab obiectis sceleriminibus purgare; voti compos fieri haudquaquam potuit. restituti quidem cum Eo sunt Ipsius quoque partis Episcopi, ac Clerici, qui cum Eo pariter eiectioni fuerant.

Elapso à Gazensis Templi, de qua diximus, euerfione anno, mira res Gazæ accidit, quam Marcus idem Porphyrij Diaconus recenset. Accesserat Gazam Iulia magni nominis Foemina Antiochena Manichæorum hæresi ad dictissima. veniendi causa ea fuerat, ut Gentiles, quos ad Christi Fidem

Apud
Lipom
& Sur.
26. Fe
br.

Mors
Episco
pariu
potior

traductos inaudierat, ad suam sectam pelliceret. Foeminæ facinus indignati multi, Porphyrium, ut Eam vi pelleret, hortabantur. Is alia ratione agendum ratus, Mulierem haudquam detrectantem ad publicam disputationem inuitat; constituta die cum adfuisset, deducto ad multas horas certamine, cum iam Sanctus Episcopus Foeminæ auersaretur audaciam, blasphemias exhorresceret. *Deus, inquit, qui fecit omnia, qui que in Trinitate colitur, tuam percutias linguam, & obstruat os tuum, ne loquatur blasphema.* sententiam sequutum supplicium. Foemina muta, ac immobilis diutius cum permansisset; denique expirauit. qui cum Ea erant, miraculo attoniti, ad Episcopi genua prouoluti hæresim statim abiurarunt; Gazenses in Fide confirmati Porphyrium, ac in Eo Christum Dominum summis laudibus extulerunt.

*Julia
interi-
tus.*

*Syno-
dus
Car-
thag.*

Iisdem Cos. celebrata est ex omni- *Aug. 6*
bus Africæ Prouincijs generalis apud *Cresc.*
Carchaginem Synodus, cui, cum cæ- *l. 3. c.*
teris, Augustinus interfuit. in ea, quod *46. &*
antea non semel, Donatistarum re- *cõl. lit.*
conciliatio frustra tentata. Catholici *Pet. l.*
Episcopi qui, ex Concilij decreto, pa- *2. c. 88*
cem huiusmodi seorsim curarunt, à
Donatistis fastidiosè auditi: nonnulli
malè etiam accepti.

*Ala-
ricus.*

Interim Alaricus Gothorum Rex
exer-

exercitu maximo comparato Italiam cum inuasisset, apud Pollentiam Liguriæ Urbem à Stilicone vincitur;

De 6.
Honor
Cōsul.

cuius tum metu Urbis moenia instaurata fuisse non ex Claudiano tantum constat, sed ex veteri etiam inscriptione, quæ super Portuensem Portam adhuc visitur. in ea quidem ipsius Stiliconis nomen, quo curante opus

Urbis
mœ-
nia in-
staurã
tur.

extructum dicitur, deletum apparet, ita tamen, ut legi adhuc utcumque possit. cur autem id factum, infra erit dicendum. porro de instauratis

Ad
ann.
Christi
408.
In Na-
tal. 8.
S. Fœ-
lic. l. 2.
adu.
Symm

hoc tēpore Urbis moenibus Paulinus quoque Nolanus Episcopus cecinit. tum de parta à Stilicone Victoria Prudentius; ex quibus erroris arguitur Cassiodori Chronicon, ubi superiori hæc anno contigisse dicuntur: tum, inuersa sententia, Stilico ab Alarico victus dicitur.

At Stiliconis dolo factum, ut Alaricus incolumis euaderet, resumptisque viribus prosperè cum Romanis pugnaverit, iusta fuit omnium eius ætatis Scriptorum querela. illud quoque magnopere in eo improbatum, Sauli Barbaro, ac Pagano Duci belli summam fuisse commissam.

Stili-
conis
nota.

Chri.
Ann.
404.
Claud
de 6.

Novo appetente anno Honorius VI. cum Aristoneto Collega Consularum init; & non sine Christiani nominis nota, sæculares ludos, ante annum ferè centesimum à Constantino abro-

Sæcu-
lares
ludo.

abro-

Gla- abrogatos, celebrat. sanè tot Chri- *Hon.*
diato- stianorum Principum legibus vetita *Conf.*
res. Gladiatorum munera his temporibus
 rursus exhibita Prudentius in primis *Hymn*
 testatur. immane piaculum, quod *l. 3.*
 mox Deus Romano sanguine Gotho-
 rum gladio expiatum voluit.

Chryf. Decimus fermè à restitutione men- *Mar-*
iterii fis effluxerat, cum Chrysofostomus ite- *cell.*
pell- rum Vrbe pellitur, non absimili ex *cheon.*
sur. causa. cum enim argentea Eudoxiæ *Socr. l.*
 Statua erigenda esset, ea ante Eccle- *6. c. 16*
 siam profano ritu, clamore, ac licen- *Soz. l.*
 tia Populi maxima, indignis Istrio- *8. c. 21*
 num spectaculis, ac Saltatorum moti- *Pall.*
 bus erecta est: denique non solum in *Dial.*
 fueto Christianis more, verum etiam
 contra præscriptam hac de re à Theo-
 dosio legem. cum igitur non finè Ido- *L. I. de*
 lolatriæ scelere, atque Ecclesiæ con- *Imag.*
 tumelia id peragi videretur; acerrimus *Imp.*
 Religionis Vindex vehementi ad Po- *C. Th.*
 puli declamatione in huiusmodi spe-
Eudo- ctacula, atque adeò Eudoxiæ ambi-
xia tionem inuectus est, quæ eò demen-
ambi- tiæ peruenerat, vt alijs quoque in Vr-
no. bibus, ac Prouincijs Statuas non erigi
 modo, sed etiam, non secus, ac olim
 Cibeles, circumferri, aut iusserit, aut
 permiserit: quo nomine Arcadium
 quoque à Fratre reprehensum constat
 literis ad Eum datis, quas *Auctor hic Int. ep*
recitat. *Rom.*

Chrysofostomi libertatem impotens *Pont.*
 Mu- *10. l.*

Mulier nequaquam ferens, Viro quoque indignè annuente, Episcopos Eius aduersantes, Theophilum in primis accersiri curat. Hi, haud cunctati, tumultuario Conuentu habito, exilij iterum sententiam in Chrysofostomum ferunt. Is igitur ipso die Sabbati sacrae *Arsa-* Hebdomadae postremo, non sine ma- *cus* ximo Populi tumultu Vibe eijcitur: *Chryso-* Arsacius Nectarij Frater sublegitur, *Stoma-* quem ita Populus est auersatus, vt *suble-* multi, in Eum obloquentes, carceri *gitur.* addicti, quæstionibus admoti, varijsque poenis affecti sint. neque ex Plebe tantum, sed etiam ex honestioribus, tum ex Clericis. atque adeo ex Episcopis. Magistratum porro *favu-* tiam auxit excitatū statim post Chrysofostomi discessum in Ecclesia incendium, ex quo, non illa tantum, sed Senatoriæ etiam *Ædes.* haud parum diffinitæ conflagrarunt. quæstiones proinde acerbissimæ de multis habitæ; resciri attamen certi aliquid haudquaquam potuit, vtriusque interim factionis hominibus sese inuicem insimulantibus. Sanè multis diuinitus excitatum incendium visum est; ab ipso enim suggestu in quo Chrysofostomus conciones habebat, in Templi medio, initium factum, quo occultè admoueri ignis in tanta Populi frequentia vix potuit. tum illud mirum, qua vi flamma ex medio, imoque Templi, ad ipsum

Ince-
dium
excita-
tum.

sum

sum statim fastigium peruaserit, mox spatio haud modico interiacente, quas diximus, ædes corripuerit.

Quo tempore Chrysoftomus cogitur exulare, Flavianus Antiochenus Episcopus moritur, in cuius Successore eligendo Antiochiæ pariter turbæ maximæ excitantur. cum enim omnium studia in Constantium Diacōnum Virum optimum propenderent, Porphyrius eiusdem Ecclesiæ Presbyter, nequaquam Constantio comparandus, ambitu, ac malis artibus Episcopatum inuasit, seque, dum Populus ad Daphnem extra Vibem ludis publicis interesset, omnibus inscijs, consecrari curauit id ubi rescitum est, Populus Porphyrii ædibus ignem admouit. tum ille fuga saluti consulens, Ducem exercitus, qui, ad Isauros compescendos, Seleuciam missus fuerat, adit: Illumque muneribus pellectum, ab Isauris reuocatum, Antiochiam perducit. Eius aduentu tumultus longè maximus excitatus; inermis tamen Populus loco cedere coactus est.

*Tu-
mul-
tus An-
tiochia*

Arcadius interim, à Chrysoftomi *L. 6. de*
Aduersarijs veluti fascinatus, edixit, *his qui*
vt qui Arsacio non communicarent, *pro re-*
siue Hi Clerici, siue Episcopi essent, *lig cō-*
proscriberentur: qui verò proscriptos *tend.*
reciperent, eandem poenam subirent. *C. Th.*
quo factum, vt multi ad Innocentium,
tam-

*Pall.
Dial.
Soz. l.
8. c. 23*

*P.
D.
So
6.
So
8.
N.
ph*

tamquam ad communem omnium Parentem Romam confugerint, quos Ille benignè admodum excepit; tum de huiusmodi eius Ecclesiæ perturbationibus ad Constantinopolitanum Clerum, Ipsumque Chrysostrum scripsit.

Chryf. ep. 8. et seqq. Sed iam Chrysostrum Ipsum Cuculum, Ciliciæ, siue Armeniæ Oppidum, proficiscentem prosequamur, qui eo itinere, quamquam à Militum Præfecto, qui Eum deducebat, reuerenter habitus, à feбри nihilominus, ac stomachi solutione alijsque incommodis assiduè vexatus fuit. rursum piorum hominum, quorum ubique examina habebat obuia, occurrentium salutationibus, ac commiserantium lachrymis haud mediocriter recreatus est; Cæsareæ in primis diuersa admodum est passus, Episcopo aduerso, Ciuibus omni humanitatis genere prosequentibus. at Cuculum postquam peruenit, & Episcopum, & Ciues beneuolos expertus est, & verò etiam morbum æquiores sensir.

Chrysostrum iter.

Pall. Dial. Socr. l. 6. c. 14. Soz. l. 8. c. 16. Niceph. l. 13. Chrysostrum exilium sequuntur Aduersariorum calamitates, quæ à Paladio, ac alijs recensentur. Eudoxiæ in primis licet non ante biennium, quæ, vterum cum gestaret, extincto foetu, ante partum foetu, quadriduo partu. riens, eniti illum cum nequiret, acerbitissimis cum doloribus conflictata,

eo

U. al. c. l. 23

de ui e. ò. b.

eo in cruciatu animam efflauit, quam *Mar-*
 Arcadius florente adhuc ætate, haud *cell. &*
 diu superstes, subsequutus est. inu- *Prosp.*
 sitatæ magnitudinis grando Byzanti- *chron.*
 num vastauit agrum, quam calamita-
 tem Sancti Episcopi eiectioni ex eo
 Populo nemo non tribuit.

Synod. Noua interim Synodus Carthagine
Car- celebratur, in qua decreta est ad Ho- *Aug.*
thag. norium Legatio, petitumque vt Do- *ep. 80.*
 natistæ, qui pacis condiciones nullas
 reciperent, quietè agere iuberentur.
 annuisse autem Honorium, ex Eius
 Rescriptis sequenti anno datis explo-
 ratum habemus.

Augu- Quod rursus ad Africanã Ecclesiam *Possid.*
gustini spectat, huic anno tribuenda est Au- *in vit.*
dispu- gustini cum Foelice Manichæo per bi- *c. 16.*
ratio. duum disputatio, in qua Hic demum,
 licet audacia insignis, manus dedit,
 ac hæresim abiurauit.

s. Pau- Quo etiam tempore obiisse *S. Pau-*
la obi- lam Hieronymus tradit, quæ annos
tus. ipsos XX. apud Bethleem vitam egerat
 planè innocuam.

Noui Consules Stilico secundum, Chri-
 atque Anthemius fuere. tum, quod Ann.
 Cuculum Latrones Isauri infestum ha- *405.*
 berent, qui Chrysofomi custodiae im- *Chrys.*
 positi fuerant, Eum Arabissum Arme- *ep. 131*
 niæ Oppidum munitum magis, tran- *et 135*
 stulerunt. *Pall.*

Conc. Coacto interim Italiæ Antistitum *Dial.*
Rom. Romæ Concilio, Honorio flagitante,
Hono- ter-

tertiò Is iam ad Fratrem de cogendo *rius*
Thessalonicæ Vniuersali Conuentu, *pro Ch*
deque Chrysofomi iterum causa di- *rysofo*
scutienda, scribit. Legatorum, qui *mo sol-*
Honorij, ac Innocentij literas fere- *licitus*
bant, Constantinopolim aduentum
Arsacij, quem Chrysofomo suble-
ctum diximus mors antecessit.

L. 4. de
sacr.
Bapt.
L. 38.
C. 39.
de Ha
ret.
L. 2. de
Relig.

Sub idem tempus Honorius à Car-
thaginensis Synodi Legatis de dona-
tistarum furore, ac seditionibus cer-
tior factus, multiplici eos Rescripto
insectatus est. harum porrò legum se-
ueritate, magna ex Donatistis ad Ca-
tholicam Ecclesiam accessio facta est.
qua ex causa Concilium Carthagine
iterum cogitur, nouaque ad Hono-
rium pro gratiarum actione Legatio
destinatur.

Conc.
10. 1.

Quo etiam anno Concilium Tole-
tanum primum coactum legitur, in
quo multa ad Ecclesiasticam discipli-
nam spectantia decreta sunt viginti
regulis definita.

Conc.
Tolet.

Chri.
Ann.
406.
Mar-
cell.
chron.
Oros. l.
7. c. 37

Sexto Patris Consulatu Anicio Pro-
bo Collega, Theodosius Quinquen-
nalia edidit. quibus item Cons. Rada- *Rada-*
gaisus Scytha cum ducentis amplius *gaisus*
Barbarorum millibus Italiam inunda- *Italiã*
uit tanto omnium terrore, vt serui ar- *intra-*
mandi, stipendia ingenuis augenda *dit.*
fuerint. extant ea de re Honorij ad
Prouinciales Rescripta. nec minor in-
terim ab ipsis Conciuiibus Idololatriis
timor

timor erat, qui rebus suis melius con- L. 18.
 sulcum existimantes si Ethnicus Barba- 17.
 rus rerum potiretur, Et iam nequa- de Ty-
 quam dissimulanter studebant; quo ron.
 magis Christi in suam Ecclesiam, ac C. Th.
 pium Principem opem agnoscamus.
 sed, & sequuta postea ab Alarico Vr-
 bis, atque Italix direptio, diuinam
 prouidentiam adhuc magis commen-
 dat. Is enim, Christianus cum esset,
 quamquam vastitatem maximam Vrbi
 inculit, Christi tamen Fidem, vt non
 labefactauit, ita Ethnicorum pristinae
 recuperandae gloriae spem improbam
 amputauit. caeterum Radagaisus, dum
 barbarico plane impetu ad Vrbs ex-
 cidium inconsulto properat, Fesula-
 nis montibus a Stilicone interceptus,
 exercitu iam fame enecto congregati
 cum Romanis coactus, interfecione
 deletus est. mirum plane dictu, audi-
 tuque, quodque, nisi Augustinus tan-
 tus Author, tum superstes, testaretur,
 fidem apud posteros inuenire vix pos-
 set. Cæsa ex Barbaris dicuntur supra
 centum millia, ex Romanis ne vnus
 quidem vulneratus, nedum deside-
 ratus est. Dux Ipse cum Filijs ca-
 ptus. qui supersuere Barbari magno
 numero quasi pecudes singulis aureis
 venundati referuntur.

*Vinci-
tur.*

*Mira
Roma
norum
Victo-
ria.*

Arfacio, vt diximus vita functo,
 quantum fere post mensem, Atticus,
 qui, ex Monacho, in eius Ecclesie
 Cle-

8.
7.
y.
b.
*Pall.
Dial.*

Clerum cooptatus fuerat, subrogatur. quo tempore Romani Legati Byzantium cum peruenissent, Chrysofomi aduersarij, Urbis Eos ingressu inhibitos, Arce quadam maritima concluderunt, vna cum His, qui è Chrysofomi partibus ad Innocentium antea Legati Byzantium eadem, cum Romanis, naui repetebant; & seorsim quidem quasi captiuos nullo seruorum ministerio, aut hospitij commo- do attributo: tum quas deferrent li- teras ab eis petunt, negantibus Illis Augusti literas alij, quam Fratri, se red- dituros, eas cum reliquis ita per vim auferunt, vt pollicem Episcopo frege- rint. accessere dein' Alij ad Legatos, si- mul vt Eos lenirent, simul in fraudem pellicerent. oblatis namque tribus mil- libus nummum, orant, vt cum Atti- co communicent, de Chrysofomi causa reticeant, abnuentes, & redire ad suos saltem, vt liceret flagitantes, in laceram coniecti nauim, datoque, vt vulgatū est, Nauarcho, vt Eos per- deret, precio, eius perfidiæ, maris- que fluctibus committuntur. diuina tamen ope, quod pro miraculo est habitum, seruati, incolumes Romam peruenere.

Constantinopolitani porrò Legati, quos eandem coniectos in Arcem di- ximus (erant Hi Episcopi quatuor) in Regiones non Byzantio tantum, sed

Z lon-

longè inter se quoque dislitas rele- *Chryf.*
gantur. extant ad utrosque Chryfosto- *ep. 148*
mi litera ab Authore hic relata. *136.*

Episcopi præterea alij, quos Palla-
dius recenset, numero non pauci, fa-
ma non vulgares, quod à partibus
Chryfostomi constanter starent, quâ
carcere, & cruciatibus, quâ exilio
mulctati, persecutionem planè ty-
rannicam perpeffi sunt. Fratris socor-
diam, ne dicam sæuitiam, æquo ani-
mo Honorium non tulisse par est cre-
dere; infidum tamen cum iam Socerum
experiretur; alijsque Reip. pre-
meretur incommodis, dissimulatione
vtendum Ei omnino fuit.

Inno- At non perindè Innocentius tot
centij scelera inulta esse voluit. quod enim
Papa licuit, Theophilum pariter, atque At-
zelus ticum præcipuos Tyrannidis admini-
stros, anathemate percussos piorum
coetu indignos pronunciauit.

Hiero- Sed iam demum Hieronymum re- *Pref.*
nymi uisamus; Is hoc anno graui æquè mor- *in l. 3.*
scri- bo, ac diuturno vix superstes, tremen- *sup.*
pta. tibus adhuc, vt ait, digitis, Commen- *Amos.*
tarios in Prophetas Zachariã, Oseam,
Ioelem, Amos, & Malachiam elabora-
uit. tum Vigilantium, qui ante bien-
nium impia dogmata effutire coepe-
rat, acriori confodit stylo; de Cuius
Vigilã sordibus, ac delirijs Ipsum Hierony-
zins mum, *sive Authorem hic illum refe-*
Hære- ferentem consule. compressa tum qui-
siar- dem
cha.

dem hæresis fuit, & ad nostra hæc fe-
rè vsque tempora siluit; non Hiero-
nymi tantum rationum pondere, ve-
rum etiam Barbarorum in Gallias, vbi
maximè vigebat, incurfione, quam

dereft. vna cum corruptis tum Gallorum mo-
Iud. ribus Saluianus Massiliensis Episcopus
l. 6. deplorat, alter sui temporis Hiere-
mias. *Saluianus Massi-
liensis.*

Oros. At dum maximè Vigilantius San-
7. c. 38 ctorum Reliquijs cultum adimit, am-
Prosp. pliori eas gloria Deus affecit. Arca-
chron. dij etenim iussu Samuelis ossa, hoc
Nice- ipso tempore, è Palestina Byzantium
ph. l. 1. translata, Templo inibi regio sumptu
c. 11. excitato, collocantur.

*Samua-
elis Re-
liquia.*

Chri. Honorio VII. ac Theodosio II.
Ann. Augg. Coss. nouo Hæretici Edicto
407. proscribuntur. Synodus Carthagine
L. 40. iterum cogitur. Chrysoftomus, ærum-
de Her nis confectus, ad cælestem coronam
C. Th. vocatur.

*Synod.
Car-
thag.
Chryso*

L. 4. Pisyuntem ad Euxinum Pontum,
eod. haud ita pridem tranflatum, tertio iam
tit. C. Illum exilij locum mutare coegerant,
Iust. non alio planè consilio, quam vt labo-
Pall. riosis itineribus circumductum, quam
Dial. citissimè conficerent: cōmercio insu-
per literarum Ei interdixerant, non
modico Ecclesiæ detrimento os illud
aureum veluti obstruentes, ac stylum
gemmeum, è sacris manibus detra-
hentes.

*stomi
obitus.*

Chrysofomi audita morte Inno-

148
6.

f.
3.
105.

Arca- centius Rom. Pont. dilatam diu in Ar- *Theod*
dus ac cadium, ac Coniugem Anathematis *l. 5. c.*
Vxor sententiam protulit, quamquam Illa *34.*
excom extremam iam diem obierat: tum ad
muni- Augustum Ipsum acriori stylo scripsit.
catur. extant Innocentij ad Arcadium lite-
 ra, vicissimque Arcadij ad Innocen-
 tium ab Authore huc allata omninò
 legenda.

Ad hunc annum spectat Galliarum
 clades maxima. hæc Scriptorum om-
 nium testimonio Stiliconis proditio-
 ne accidit, qui sequenti demum anno
 poenas dedit.

Arca- Basso, ac Philippo Cofs. Arcadius Chri-
dij Aug. Kal. Maij morbo extinguitur, Ann.
mors. trigesimum ætatis annum haud mul- *408.*
Rex tum excedens. quod autem sciret Ho- *Mar-*
Persa- norium Fratrem iure in se commotum; *cell. &*
rū The Theodosium Filium Ildegerdis Persa- *Prosp.*
odosij rum Regis tutelæ foelicius, quam pru- *chron.*
Tutor. dentius commendavit. Is animo ne-
 quaquam barbaro Augustum Puerum
 omni deinceps studio, ac ope tuta-
 tus est. Honorius quoque aliorum,
 omnium iramemor, officij memor, ex
 insita benignitate, paternè Puerum
 amplexatus est.

Fœdus Cæterum cum inter Romanos, ac
Rom. Persas fœdus ad annos centum fanci-
cum tum fuisset non Imperij tantum secu-
Persis. ritati prospectum est, sed etiam pro-
 pagandæ apud Persas Fidei ianua pa-
 tefacta.

Res

Dros. l. Res interim Occidentalis Imperij *Stili-*
7. c. 38 Stiliconis fraude magnoperè pertur- *conis*
Zosim bantur. Is enim. vt Imperium Euche- *fraus.*
l. 5. rio Filio pararet, Barbaros non modo
Mar- ex Gallia, atque Italia non expulit, sed
cell. initis clam foederibus retinuit, ac sti-
chron. pendijs auxit: Portus quoque, ac litto-
 ra custodijs clausit, nè ex Oriente an-
 nona, atque suppetiæ haberi possent.
 Eo demum Romam accedente, atque
 in Senatu coram Principe sententiam
 dicente, decreta sunt Alarico pro re-
 demptione Pacis quatuor auri librarū
 millia reclamantibus Lampadio, atque
 Olympio, alijsque nonnullis Senatori-
 bus, eamque non tam pacis redēptio-
 nem, quam seruitutis indignam pactio-
 nem esse affirmantibus. Senatus fermè
 reliquus Populusque Romanus, atque
 adeò Honorius Ipse veluti proditionis
 scœna patefacta, grauitè in Stili-
 conem commoti, Eius partis nonnullis
 interfectis, Rauennam Eum aufugere
 coegerunt; vbi dum suorum quoque
 Ducum, ac militum alienos à se ani-
 mos cerneret, & iam se ad mortem pe-
 ti animaduerneret; in Ecclesiam con-
 fugit; à qua tamen abstrahi se spontè
 passus, à Militibus custodire se Augu-
 sti iussu, non occidere Ipsum debere
 affirmantibus, nouis statim ab Hono-
 rio acceptis literis occisus est decimo
 Kal. Decembris. Filio interim Euche-
 rio fuga elapso. edicto tum Stiliconis

*Roma-
ni Pa-
cem à
Goijs
redi-
munt.*

*Stili-
conis
fuga.*

Cades.

statuæ deiectæ, abrasumque ex publicis monumentis nomen, quod adhuc non vno in marmore Romæ sic oblitteratum visitur.

*Dei
Provi-
dētia.*

Magna hac ipsa in re Dei eluxit providentia. quippè Eucherius, Paganus cum esset, in maximas haud dubiè difficultates Rem Christianam coniecisset, si, ex paterna destinatione, ac perfidia, rerum potitus fuisset.

L. 20.
de Pan

Proscripti quoque alij permulti perfidiæ utcumque participes, in quos Rescripta extant complura.

L. 20.

21. 22
de bon.

proscr.

*Synod.
Car-
thag.*

His ipsis Coss. quod Donatistæ pateriter, ac Pagani turbas iterum apud Africam concitarent, Carthagine Episcopi bis coacti, Legatos ad Honorium ea super re decernunt, à quo nouæ in Eos leges promulgatæ sunt.

L. 1. de
litt. Ep.

Itin.

cust.

L. 43.

et seqq.

de Her

L. 19.

de Pag

*Schi-
sma
Antio-
chia
subla-
tum.*

Sub idem tempus moritur Porphyrius, qui Antiochenam Sedem, dolo malo occupauerat. tum demum communi omnium consensu, electo Alexandro, diuturnum inter ipsos catholicos Schisma sublatum est, quod ab usque Iuliani temporibus, electis hinc Meletio, illinc Paulino, initium duxisse diximus ante annos sex, ac quadraginta: nisi potius ab Eustathij eiectione illud repetamus.

sup. ad

ann.

Chri.

*Vatici-
niū de
Italia
clade.*

Hoc eodem tempore Melania ex vaticinio quodam, ut ait Palladius, ante annos quadringentos edito, proximam Urbis, ac Italiae cladem sen-

362.

In La.

us. c.

33.

tiens,

tiens, distractis amplissimis latifundijs, Hierosolymā cum Albina Nuru, eiusque Filia item Melania, ac Piniano iunioris Melaniæ Viro proficiscitur, vbi post dies non amplius quadraginta extincta est.

Chri.
Ann.
409.

Nouus annus Consulatu Honorij octauo, Theodosij tertio inchoatur. quo ab Alarico Gothorum Rege Vrbs obfessa, cum fame, alijsque incommodis premeretur huiusmodi conditionibus auertere illum cogitur. persolutæ sunt Regi Barbaro Auri libræ quinquies mille, Argenti tricies mille, fericis cum tunicis quater millibus, coccineis pellibus tribus millibus, totidemque piperis libris. porrò quod ærarium exhaustum, priuatorum opes tantam auri, argentique vim perficere haud possent, in eam sententiam itum est, vt aurea, atque argentea Idolorum simulacra constarentur, ornamenta Templorum reliqua auferrentur. Hic tu diuinum consilium Lector expende. Deo enim haud dubiè moderante factum fateri cogimur, vt quod tot Christianorum Principum edicta perficere haudquaquam potuerant, Rex Barbarus præstaret. mirum sanè videri potest superfuisse tum Romæ aurea, atque argentea Deorum Signa, Templorumque ornatus preciosos, post tot eorum euerfiones imperatas, sequutasque direptiones.

Alaricus Vrbs obfessit.

Mirum Dei consilium.

Alarici perfidia. At non idcirco ex Hoste Barbaro pax impetrata; cum enim recessisset, atque Ariminum pro fœdere sanciendo peruenisset, inter pacis condiciones eas addidit, vt auri vis magna quotannis daretur: annona, quæ satis esset, præstaretur: præter Dalmatiam, ac Noricum, Italiæ quoque pars non modica, quam incolerent, traderetur: obsides darentur: Rex ipse Alaricus vtriusque Romanæ militiæ Dux esset. Romano Senatu haudquaquam assentiente, Vrbs iterum obsidetur.

Roma iterum obsessa

Melania interim Hierosolymam, vt diximus nauigatura, apud Africam diuerterat. placuit autem Hipponem ad Augustinum inuisendum proficisci. hic dum esset cum reliquis à nobis recensitis, Pinianus Melaniæ Junioris Coniux, quod sacro Ministerio idoneus maximè videretur (vt eorum temporum mos ferebat) à Populo per vim raptus, Augustino Presbyter consecrandus traditur. (id Ipsi quoque Augustino, vt diximus, vsu venerat) quod non Ipse tantum Pinianus, sed cum alijs Albina in primis Socrus indignè cum ferret, in Ipsum quoque Augustinum facti inuidia redundauit; quamuis Ei plurimum fuerit enitendum, vt Populo persuaderet, ne consecrare inuitum cogere statim haud dubiè discessurum; nec tamen

tamen ita persuasit, ut Eum prius dimitterent, quam ab Illo iusiurandum extorquerent, Presbyteratum alia se in Ecclesia, quam Hipponensi non recepturum.

Prosp. Dum Vrbs. à Gothis secundò, ut *Hispania à*
et Cas. diximus, obsidetur, Vandali, atque *Barba*
siod. Alani Pyrenei claustra perrumpentes, *ris oc-*
Chr. Hispaniam inuasere: tum verò Prouin- *cupa-*
ciam vniuersam inter se partiti, eam *tur.*
deinceps quasi indigenæ incoluere.

Chri. Obsessa Vrbs Honorio Rauennæ
Ann. agente, Consulem dicere aut nequijt,
410. aut neglexit. itaque Varane tantum
Zosim apud Orientem renunciato annus in-
l. 6. scribitur. quamquam haud ità multo
Oros. l. post Prisco Attalo tum Urbis Præfe. *Atta-*
7. c. 42 cto Augusti nomen inuadente, Tertul- *lus Pri-*
Soz. l. lus ab Eo cum Varane Consul crea- *scus*
8. c. 8. tur, cuius tamen nomen, Tyranno *Tyrā-*
extincto, è Fastis deletum est. *nus.*

Attalus ipso in primis Alarico suffragante, Gentilibus qui in Vrbe erant promouentibus Augustus acclamatur. tum Ariminum non Romanis modo, sed etiam Barbaris deducentibus accedit terrorem Honorio incussurus. & Hic quidem paratis ad fugam nauibus, ad Tyrannum tamquam ad Augustum Legatos mittit spondens se Illum æquo animo Collegam agniturum. tanta fuit Tyranni *Attali*
arrogantia, ut Legatis, Ipsoque Ho- *arro-*
norio contemptui habitis, id demum *gātia.*

se passurum denunciauerit, vt Honorius uiueret, depositis tamen Augusti nomine, atque insignibus, aliquam sibi Insulam exilio optaret. rem indignam Superi, atque homines auersati sunt. itaque Tyranni res in deterius statim labi coeperunt. Honorius superpetijs receptis ex Oriente confirmatur: Heraclianus, qui Africam pro Honorio administrabat, de Tyranni Ducibus victoriam refert. Alaricus Ipse, qui Hominem euexerat, superbiam pertæsus, Arimini vterque cum esset, extra Urbem productum, totius in conspectu exercitus diademate spoliatur, Purpura exiit: denique apud se cum Ampelio Filio manere iussum, ad priuatam vitæ conditionem redigit. Imperij insignia ad Honorium missa, quo cum iterum de pacis conditionibus agi coeptum. Attalus inane Augusti simulacrum, qui Ethnicis spem certam antiquæ restituendæ Religionis fecerat, quique cum Occidentali, vt sibi videbatur, iam parto, Orientale quoque Imperium spe improba deuorauerat, sic depositus, diutius ad ludibrium circumductus, Honorio demum exhibitus, exsecta dextera, vitæ relictus est; hæc verò post annos aliquot accidere.

Tyranno itaque deiecto Honorius illius Sectatoribus pepercit, His verò, qui in fide permanserant multa largitus est.

CON-

Attalus deponitur.

Consternati planè sunt animo Deorum Romæ cultores, cum res Attali collapsas viderunt, de quo mira ex Oraculis, ac inanibus vaticinijs mente conceperant. *Sed, humiliati, non sunt compuncti.* itaque diuina plane ultione factum est, vt quos in patrocinium Barbaros aduocauerant, scelerum experirentur ultores.

Dum Alaricus de Pace cum Honorio ageret, Sarus Honorij Dux natione Barbarus, egregiè tamen à belli artibus instructus, Alarico ob veterem simultatem infensus, iniri cum Eo ab Honorio foedus indignè ferens, occasione arrepta, in Alarici castra irruens, multos ex Barbaris interfecit. Alaricus tum metu simul, atque ira percitus, Romam iterum petit, eamque prodicione statim capit, ac diripit. quo factum est, vt Honorius, inopinato accepto nuncio, cum alia omnia par esset credere, de Gallo cui nomen *Roma*. dictum accepit; quod Eius socordiæ, plerique omnes tributentes, in maximum Illi dedecus vertunt, ac planè exhibilandum existimant.

*Roma
ab Alarico
capta.
Honorij
nomen
ita.*

Prosp. Chron. Capta Vrbs est IX. Kal. Septembris Attali amicorum prodicione, quo factum est, vt cessione Attali positum Vrbe Alaricum quidam scripserint. *Alari-*

Oros. l. 7. c. 39 Illud memoria, ac commendatione dignum, Barbarum Regem, graui in-

*ci in
res sa-*

Z 6 dicta

eras ve dicta poena, edixisse, ne quis Eorum
neren- qui in sacras Ædes, Apostolorum in
sia. primis Basilicas, confugissent, viola-
 retur: tum illud non sine admiratione
 refertur inuentam apud quãdam Deo
 dicatam Virginem sacrae supellectilis
 vim maximam, Alarici iussu solemn
 pompa, ad Apostoli Basilicam, vnde
 ablata fuerat custodiæ causa, ab ipsis
 Barbaris fuisse relatam.

Cassio-
dor.
Var.
ep. 20.
l. 12.

Addunt quoque alij multos extra
 Martyrum ædes deprehensos, Christi
 aut Sanctorum nomine vsurpato, ho-
 stium furorem mitigasse.

Gothi Tertia porro die, siuè, vt alij tra-
Vrbe: dunt, sexta, quam ingressi Urbem,
exce- fuerant Barbari, sponte discedunt.
dunt. contra quam olim Gallos fecisse con-
 stat, qui incensæ à se Urbis cineres
 anni fere spacio protriuere. quod fa-
 ne mirum; cum perquirendis, exhau-
 riendisque Romanis diuitijs vix trien-
 nium, ne dum triduum satis futurum
 videretur.

Orosi.
7. c. 42
Mar-
cell.
chron.

Alari- Cæterum Alaricus præter spem om-
cus vi- nem decedens Vrbe nullum in ea suo-
storia rum militum præsidium reliquit; ne-
vti ne- que Honorium Ipsum aggressus, quo
scit. superato, rerum potiri haud dubiè po-
 tuisset; sed auerso in Campaniam iti-
 nere populabundus, Victoriæ sibi Ipse,
 ac Gloriæ cursum præcidit.

Roma Antiqua hinc Ethnicorum in Chri-
glades stianos querela, vt cum maximè, ex
 audie-

audiebatur. itaque Christiani Antisti-Chri-
tes aduersus illam pro concionibus stianis
differere vbique coacti sunt. Aug. tribui-
stinus præ cæteris in eo versatus ar-
gumento, huiusmodi ex causa locu- s. Aug.
pletissimos de Cinitate Dei commen- scribit
tarios elaborauit. libros

Aug. Dum Italia his fluctibus agitatur, de Ci-
ep. 122 Africanam Ecclesiam tranquilla frui uit.
pace Donatistæ, ex veteri instituto, Des.
nequaquam sinunt. itaque Horum

Conc. causa Concilium Carthagine iterum synod.
Afr. cogitur, cuius non nisi præfatio, ea Carth.
c. 75. que obscura admodum extat. constat
sanè missos à Concilio ad Honorium
L. 51. Legatos noua aduersus turbulentos
de Her schismaticos rescripta impetrasse.

L. 9. de Hoc eodem anno Sarraceni, alij Sarrac.
Relig. que ex Oriente Barbari Palestinam, ceni.
C. Th. atque Ægyptum latrocinijs infestas
Hier. habuere. Monasteria ab His complu-
ep 82. ra direpta, Monachi ipsi magno nu-
mero interfecti.

Hic, quod hoc ipso tempore Synesius, Syne-
ex Philosopho Episcopus euaserit, ab suis E-
Illius primordijs Author multa de re- pisc. et
bus ab eo præclatè gestis recenset. Philos.

Chri. Vndecimus huius sæculi annus nullo
Ann. Occidentalis Imperij notatur Con-
411. sule; apud Orientem verò vbi tran-
Sox. l. quillior esset rerum status, Theodo-
9. c. 12 sius Aug. quartum inijt consulatum,
quo Alaricus dum traicere in Sici- Ala-
liam parat, Cosentia repentina mor- rici
te mors.

te extinguitur. Eius Cadaver (si ex *Lib. 13.*
 plorata Miscellæ Author tradit, quem
 non suo nomine Paulum Diaconum
 appellant) intra ipsum Basentij flumi-
 nis alueum, deriuato captiuorum la-
 bore fluuio, mox restituito, multis cum
 opibus Barbari condunt; captiuis con-
 scijs, ne quis proderet, interfectis; tum
 Regem sibi constituunt Athaulfum
 demortui affinem, quo cum Romam,
 vt quidam tradunt, reuertentes, præ-
 dæ, si quid reliquum fuit, abradunt.

*Atha-
ulfus
succo-
dit.*

Hic sibi Gallam Placidiam Augusti
 Sororem, magno Reip. bono, matri-
 monio iungit; quippè, Ea suadente,
 quantum à suis Barbaris. Ei licuit, omni
 postmodum ope curauit, vt Romanæ
 Restitutor gloriæ diceretur.

*Colla-
tio.
Car-
thag.*

Hoc tempore Carthagine Synodus
 diutius exoptata celebratur, quæ Col-
 latio est appellata, quod ei Catholici
 pariter, ac Donatistæ interfuerint.
*Eius Acta ex Augustino Author fusè
 admodum refert, quem require.*

*Con-
Rati-
nus Ty-
rānus.*

Honorio Gothorum armis agitato, *Aug. in Brevi-
 Constantinus quidam in Britannia, au-
 spicio tantum nominis, Imperium in-
 uaserat, dein Gallias occupauerat. cæ
 terum, extincto Alarico, Eius auxilio
 destitutus, acceptaque à Constantio
 Honorij Duce insigni clade, vitam
 cum Imperio amisit.*

*Pela-
gius se
prodit.*

Pelagius interim apud Ægypti Mo-
 nachos diutius commoratus, Romam
 se

*Hier.
ad*

Cæs. se contulit ubi, quæstionum prætextu,
 Aug. nouæ hæresis veneno multos infecit,
 ep. 99. vt Hieronymo pariter, atque Augu-
 stino aduersus illum stylum acuerit
 opus fuerit, tum Romano Pontifici
 Anathematis Eum sententia ingulare.

*Rursum hic Author, data occasio-
 ne, de Synesio plura, deque illius eru-
 ditione, ac scriptorum monumentis.*

Chri. Duodecimus sæculi annus Hono-
 Ann. rio IX. Theodosio V. Augg. Cofs. ex-
 412. tinctis diuina ope Tyrannis, sceliciter
 Aug. inchoatur. cuius initio Honorius, post
 Gaud. habitam, de qua diximus, Collatio-
 k. 1. c. nem, Donatistarum pertinacia cogni-
 19. ta, nouo Eos Rescripto infectatus est.

ep. 50. Iisdem Consulibus Theophilus Ale- *Mirū*
 L. 52. xandrinus vitæ diem clausit extremū, *de The*
de Har de quo hæc Damascenus, cum morti *ophili*
 C. Th. esset proximus, diutius cum anima, *morte.*
 De I- colluctatum, agere eam non prius va- *Cyri-*
 mag. luisse, quam, allata Chrysostomi ima- *lus Ale*
 l. 3. in gine, quem viuentem damnauerat, *xandr.*
 fin. eam supplex veneratus est. elapso
 dein triduo Cyrillus, Theophili ex Fra-
 tre Nepos, eadem in Sede collocatur.

Chri. Qui sequitur annus Lucij tantum
 Ann. Consulatu inscribitur, quod Lucij
 413. Collega Heraclianus apud Africam
 L. 13. Tyrannidem occupauerit, qua de
 de in- causa Fastis Cōsularibus expungi me-
 fit. his ruit, Imperio postmodum, ac vita
 qua. spoliatus, quod sequenti anno cōcigit.

sub Hoc ipso tempore Demetrias Ro- *Dem-*
 Tyr. mana- *17135*

trias manarum Virginum nobilissima, Spon- *Hier.*
Rom. so, cui iam fuerat oppignerata, abdi- *ep. 8.*
Virgo. cato, monasticum vitæ genus amplexa *Aug.*
 est tanta cum omnium admiratione, *ep. 179*
 ut de Ea nullus eius ætatis Scriptor *Prosp.*
 cum facinoris commendatione non *chron.*
 meminerit.

Burgū Burgundiones quoque per idem
diones tempus ad Christi Fidem traductos,
 plerique omnes testantur.

Apud Orientem porrò Theodosius *L. 6. 6.*
 Eunomianos, aliosque Hæreticos sæ- *7. ne*
 pius damnatos, nouis Rescriptis exa- *sanct.*
 gitauit. *C. Th.*

Egregiè nauata à Constantio Reip. *et Iust.*
 opera in Tyrannis pariter, ac Barba- *Chri.*
 ris depellendis, huius anni Consula- *Ann.*
 tum Illi, ac Constanti Filio peperit. *414.*
 At verò Athaulfus Gallia, quò con- *Ambv.*
 cesserat, pulsus in Hispaniam sese *moral*
 cum exercitu recipit hìc dum vires *l. 41.*
 ex accepta reparat clade, Barcinone,
 suorum dolo, sex cum Filijs interimi-
 tur, dum maximè componere cum
 Romanis Pacem studet.

His Cofs. nouum aduersus Dona- *L. 54.*
 tistas Honorij Rescriptum promulga- *de Har*
 tum legitur, quo & hæreditates ca- *C. Th.*
 pessere, & testari sunt vetiti. tum Eo- *Aug.*
 rum Antistites facultatibus exuti, de- *ep. 61.*
 portari iussi. his auditis coacto pro- *et 204*
Dona- perè eius Sectæ Episcoporum Coetu
tista- omnium calculo decretum est, de-
rū in- portationes, & si quæ alia à Præfectis
sania. in-

ingruerent, morte voluntaria anticipanda.

Chri. Cofs. Honorio X. ac Theodosio VI.
Ann. Stephanus Prothomartyr cum Fide. S. Ste-
415. lium olim plausu humatus, ex diuina phani
Mar- reuelatione, maxima cum lætitia ex-reli-
cell. humatus, miraculis rediuius apparet. quia.
chron. rem fusius Lucianus, cui reuelatio sa-
Nice- ta est, & ex eo Author hic refert.

ph. l. 14 Inuenta cum Stephani Reliquijs, Item
c. 9. Gamalielis quoque ossa, ac Nicodemi. Gama-
tum Zachariæ Prophetæ non longè lileis,
ab Eleuteropoli, quod Sozomenus & Ni-
tradit; qui & illud addit Prophetæ cor-code-
pus incorruptum, ac quasi viuum re-mi.
l. 9. c. pertum cum Puerio Regio, qui Ioæ
ult. Filius fuisse dicitur, consepulto.

Aug. Diospoli, quæ Vrbs olim Lidda Synod.
retr. l. apud Palestinam, hoc ipso tempore Diospo-
2. c. 47 coacta Synodus prouincialium Epi- li.
Prosp. scoporum Pelagium, qui adfuit, pra- Pela-
de In ua dogmata abiurare coegerat, quo gius hæ-
grat. factum est, vt à Ioanne Hierosolymi- resim-
tano Episcopo, alijsque ex Synodo abiu-
recedentibus, & inuentio ipsa, atque rat.
exhumatio testibus innumeris fieret,
& summa cum celebritate translatio.

Porrò quæ Pelagij fuerint dogmata, ab Pela-
Ipsomet, ne damnaretur, damnata, ex gij dog-
Augustino, ac alijs, apud Authorem hic mata.
habes. cæterum versutum Hominem
Synodi Patres decepisse, ac veluti per-
sonatum in scenam histrionem pro-
dijsse, quæ in Eum postea Hierony-
mus

mus atque Augustinus scripserunt, demonstrant.

Itaque, & ipse Rom. Pont. Innocentius, nec culpae se testatus est Episcoporum iudicium, nec probare. *Aug. de pec. orig. l. 2. c. 8*
tum Ioannes Hierosolymitanus, quod Pelagium non in communionem modo, sed etiam in arctiorem amicitiam recepisset, malè apud Occidentales audire coepit.

Contigit hoc ipso tempore Orosium, Augustini missu, in Palæstinam profectum, Hieronymum adiuisse, multaque cum eo contulisse, arduasque ei quæstiones ingessisse. tum in Occidentem reducem Sancti Prothomartyris Reliquias secum retulisse; quamquam reditus ad sequentem annum spectat.

*Judæi
Alexã
dria
puls.
Tumu
tus in
de ma
ximus
Mona
chorũ
faci
tus.* Per idem tempus Iudæi, qui Alexandriae magno numero erant, ob seditiones subindè in Christianos excitate à Cyrillo Vrbe exturbantur. rem iniquo animo cum ferret Orestes eius Urbis Præfectus, quod è re publica non esse diceret Populi frequentiam minui, multorum odium incurrit, in primis Monachorum, quorum quingenti amplius Nitriæ Montem, suaque inibi Monasteria deferentes, Alexandriam ingressi, Oresti rheda circumuecto obuiam facti, quasi Paganum contumelijs illum incessunt. nec satis ei fuit Christianum se esse, & ab Attico.

Socr. l. 7. c. 13

tico baptizatum, exclamare; nam saxi quoque impetitus capite vulnus excepit, dilapsisque metu Apparitoribus, extremum vitæ periculum adiit. rem indignam Populus auersatus, in Monachos irruit, eosque in fugam vertit, subsistente Ammonio, qui Præfectum, cæteris audacior, vulnerat. Is igitur comprehensus, ac quæstionibus admotus, in ipsis cruciatibus extinguitur. neque hic stetit seditio. erat Alexandria Hypatia Virgo omnium Hypaticum admiratione Philosophiam publicè docens, ad quam audiendam ex vniuerso ferè terrarum Orbe homines discendi, visendiue cupidi confluebant, quamque eius ætatis Philosophi suspiciebant; Synesius verò, quo de meminimus, Magistram, ac Dominam appellare consuevit; Illam, quod Orestis esset familiaris, summaque apud omnes auctoritate polleret, Viri pacis, vt videbantur, cupidi, idoneam putabant, quæ diffidia inter Præfectum, ac Cyrillum componeret; hoc cum negligi ab Ea animaduertissent, efferati ad Ecclesiam curru deturbatam pertrahunt, immanique inibi consilio miris affectam cruciatibus, ac contumelijs discerpunt, discerptam denique comburunt. quis iam Alexandrinos Ciues seditionibus infames à Scriptoribus vulgò appellatos, fatis pro meritis laudatos dixerit? porrò quid

quid Theodosius aduersus sediciosos rescripserit, ad sequentem annum spectat.

Pulcheria Hoc sanè anno idem Augustus, no- *Socr. l.*
Augu- uo exemplo, Pulcheriam Sororem na- *7. c. 22*
sta di- tu maximam annum tamen XVI. non *Soz. l.*
citur. excedentem Augustam appellatam, *9. c. 1.*
 Imperij Consortem adlegit magno
 Reip. bono.

Vual- Ataulfo, vt diximus, conspiratione
lia Ge- Militum interempto, Sigericus Suc-
thorū cessor acturum datur; qui tamen
Rex. haud diu superstes fuit, pacem ete-
 nim, & Ipse, cum Romanis firmare
 studens, à suis pariter, seu pacis odio,
 seu alia de causa perimitur. tum Vual-
 lia ex Athaulfi Liberis superstes (quod
 sanè mirum) ab ipsis Patris, ac Fra-
 trum interfectoibus Rex creatur. Hic
 diuino potius iudicio, quam decesso-
 rum Regum casu territus, quod po-
 pularium suorum duplici, in Siculo,
 ac Gaditano freto, naufragio pauci
 admodum superfuissent, composita
 cum Honorio pace, Gallam Nouer-
 cam honorificè hactenus apud se ha-
 bitam, Eidem reddidit.

Vrbis Opportunè hic Lector admonen-
direp- dus est, vt secum reputet, quemad-
torum modum hoc tempore Barbari, qui
exitus Urbem diripuerant, duplici naufragio
 magna ex parte periere, ità id aliàs
 sapius, superiori præsertim sæculo,
 post Borbonicam Urbis direptionem
 (quod

(quod Paulus quoque Iouius animaduertit) contigisse.

Chri. Nouo appetente anno Theodosius
Ann. Augustus septimum in Consulatum
416. Collega Palladio; quo tempore tum
tom. I. Carthagine, tum Mileui apud Numi-
Conc. diam aduersus Pelagium, qui utro-
que damnatus est, duplex Synodus
tom. I. celebrata est: datæque ad Innocen-
ep. Rō. tium Synodales literæ, ex eoque vi-
Pont. cissim receptæ.

Synod.
Car-
thag.
& Mi-
leui.

Orosius interim Hierosolymis re-
dux, antequam in Hispaniam appelle-
ret, apud Africam diuertit. ibi sacra-
rum, quas secum deferebat, Reliquia-
rum Augustino, alijsque Episcopis,
parte relicta, summa sacros Antistites
32. 33 læticia affecit, qui & Tempa ijs de-
ep. centius asseruandis excitarunt, & sa-
103. cras, solemni ritu, Processiones insti-
tuerunt, quo tempore omnium ore,
ac scriptis testata miracula per San-
ctum Protomartyrem sunt edita.

Orosij
redi-
tus.

Hoc pariter anno Innocentius Rom.
Pont. certior factus, immeritos vul-
gò apud Africam ad sacros Ordines
promoueri, pro vniuersali Ecclesiæ
sibi cura demandata, acriter ea de re
ep. 29. ad Aurelium prouinciæ Primate[m]
& 30. scripsit; acrius adhuc tamen ad Ioan-
nem Hierosolymitanum cuius negli-
gentia factum audierat, vt nefarij ho-
mines sacrarum Virginum apud Beth-
leem Coenobium, in quo Eustochium,

ac

550 *Epit. Annal. Eccles.*

*Rom.
Pont.
autho-
ritas.*

ac Iunior Paula erant, diriperent, qua de re ad Hieronymum quoque, qui apud Eum pariter exposulasset, perscripsit, testatus si delinquentium nomina, ac genus, remque ipsam gestam peculiarius rescisset, confestim se causæ cognitores, ac Iudices delegatum. diuino porrò consilio factum videtur, vt Ioannes non huic tantum affinis culpæ, diem hoc anno claudens extremum, iustissimo Dei Tribunali fieretur.

*Auth.
in ap-
pend.
adhuc
tom.*

*Theo-
dosij
Soro-
res Vir-
gines.*

His Ipsis Coss. inquit Marcellinus, Atticus Episcopus egregium de Fide, ac Virginitate librum ad Reginas scripsit. Hæ fuere Theodosij Sorores quatuor, Pulcheria, Placilla, Arcadia, ac Marina, quæ concordibus inter se votis dicata Deo Virginitate, in Aula, perindè, ac in Coenobio vitam sanctissimè duxerunt.

*In
chron.*

Legitur, & hoc anno datum ab L. 21. Augg. Rescriptum aduersus Gentiles, quo à militia pariter, ac publicis muneribus exclusi sunt; iusto sanè Dei Iudicio qui iniquè Attalo Tyranno studentes, ad pristinam se dignitatem restituendos putarunt.

C. Th.

Rursum Theodosius certior de Alexandrinorum seditione factus, ad eam reprimendam, atque in futurum præcauendam, opportunam, edidit sanctionem.

*L. 42.
de Epi-
sc. coll.
Chri.*

Honorio XI. Constantio II. Coss. Ann.
nouus 417.

Aug. de pec. orig. c. 17. & 21. & de grat. Chri. l. 1. c. 30.
 nouus annus aperitur, quo Pelagius *Pelagij ar-*
 cognito suam in palæstina Synodo ab- *tes.*
 iurationem ab Innocentio non proba-
 ri, literas ad Eum fallaciæ plenas de-
 dit: insuper, & pro se ad Eum scribi à *Inno-*
 Ioannis Successore Proylo curauit. *centij*
 porro literæ Zosimo, qui Innocen- *Papæ*
 tio interim successerat, sunt redditæ. *obitus.*
Obijit Innocentius V. Kal. Aug. cum *Zosi-*
annos sedisset paulò amplius XV. cu- *mus*
ius natalis dies Ecclesiasticis quoque *succo-*
tabulis annua memoria celebratur. *dit.*

Nec Pelagij tantum literæ ad no-
 uum Pontificem peruenere, verum
 etiam Cælestius Ipsi Pelagij Antesi-
 gnanus, qui cum Magistro, & Ipse,
 apud Africam damnatus, ad Sedem
 Apostolicam prouocauerat. Hunc Zo-
 simus lucrari cupiens, benignè exce-
 pit, datoque ad resipiscendum tem-
 pore, ad Episcopos interim Africæ de
 illius causa perscripsit, utque intra bi-
 mestre, qui accusatorum partes age-
 rent duo saltem Romam ex Africa ac-
 cederent imperauit.

Prosp. chron. Vndecimo hoc suo Consulatu Ho- *Atta-*
 norius triumphali pompa Romam *lus tri-*
 iniit, Attalo currum præeunte, quem *umph-*
 Lipare postea exulem viuere permisit. *tus.*
Chri. Ann. 418. Tum, nouo subeunte anno, XII. cum *Synod.*
 Theodosio Consulatu gerit, quo tem- *Car-*
 pore Carthagine CCXVII. Episco- *thag.*
 rum Synodo celebrata, perlatisque ad
 Zosimum Synodalibus decretis, ab
 Eo-

Eo-

eoque probatis, Pelagiana hæresis profligata est. Episcoporum Iudicium sequutum est Honorij Rescriptum, quod hic apud Authorem habes.

*Decre-
tū de
sacr.
ordini-
bus.*

Sub idem tempus Zosimus ad Gallos, Hispanos, atque Afros Decretalem epistolam dedit aduersus eos, qui ad sacerdotium confestim ascendunt nulla præuia in singulis Ordinibus gradibus ministracione, definiens quantum temporis in quolibet ordine quis debeat ministrare. quod alijs, hoc eodem anno, ad Hesygium Salonitanum datis literis repetijt.

*tom. I.
ep. Rō.
Pont.*

*Iudaorū
con-
uersio.*

Accidit hoc ipso tempore mira Iudæorum ad Christi Fidem conuersio apud Minoricam, quæ altera est ex Balearibus. rem fusius Author recenset ex prolixiori Seneri Epistola, qui eius Insula Episcopus fuit.

*Zosi-
mi PP.
obitus.
Bonifa-
cius
succe-
dit.*

Sub anni finem Zosimus moritur Pontificatus anno vix dum expleto. Huic Bonifacius sublegitur, non tamen sine Populi dissidio, Eulalio quoque aduersus Bonifacium electo. re ad Honorium perlata, de Episcoporum, quos consuluit, sententia, Pontificatus Bonifacio adiudicatus est, quod sequenti anno contigit.

*Valēti-
nian.
III.
nasci-
tur.*

Hoc tēpore ex Placidia Honorij sorore, ac Cōstantio, qui Cæsar iam fuerat appellatus, nascitur Placidius Valētinianus, qui postea Augustus dictus, tertius hoc nomine appellatus est.

*Mar-
cell.
chron.
Soz. l.
9. c. 16*

Vnde-

Chri.
Ann.
419.

Vnde vigesimus sæculi annus Coss. habuit Monaxium, ac Plintham, Rom. sanè Ecclesiæ ob conflatum à Clero schisma nequaquam lætus. qui Eulalio fuerant suffragati, Symmachi Præfecti patrocínio fulci, potiores erant, cuius etiam relatione, ac suasu factum, vt Honorius pro Eulalio tum rescripserit, supplici postmodum libello, ex his, qui Bonifacio studebant, recepro, ambos Rauennam accersit: tum Episcopos complures causæ cognitores adesse iubet. antequam dissidium Episcoporum sententia dirimeretur, Eulalius in se Ipse sententiam tulit. quippè Urbem iniussu Principis (qui Paschalia interim festa per Spoletanum Episcopum peragi imperauerat) ingressus, ingenti eam tumultu miscuit vt Ipsi adeo Magistratus, qui compe- scere Eum curauerant, lapidibus appetiti, furentis Populi iniuriam vix euaserint. ea de causa & deiectus Eulalius, & Bonifacius restitutus est.

Pelagiana interim hæresis Hydræ Pelagiana instar, noua subindè capita attollebat. itaque & Augustinus nouis quotidie, eam libris excindere nitentibus. & Augustus iteratis Rescriptis amputare. sanè hoc anno literis ad Aurelium Episcopum datis, non in Pelagianos tantum pœnam constituit, sed

A a in

in Eos quoque, qui Illos recipere, aut
dissimulanter fouere cōperti fuissent.

Zosimo adhuc superstite, Cæle-
stius, vt diximus, Pelagij Asseda apud
Africam damnatus, ad Rom. Sedem
appellauerat. hoc idem hand ita multo
post Apianus quidam Africanus Pre-
sbyter alijque nonnulli factitauerant.
ea de causa missi à Zosimo Legati fue-
rant. His imperiosius Legationis mu-
nus peragentibus, visi sunt Africani
Episcopi aliquot Romanæ Sedis au-
thoritatem voluisse conuellere. ex his,
quæ tum ea occasione gesta, aut scri-
pta sunt impij Nouatores historiam
ita concinnarunt, vt dicerent tum pri-
mum à Zosimo Ecclesiæ primatum
subripi tentatum, & non sinè scelere
quidem, Nicæno Canone falsò sup-
posito itaque fraude detecta, Roma-
ni Episcopi causam funditus excisam.
*his Author, enucleatius re excussa, nei
ita occurrit, vt Aduersarios mentis
impunè haudquaquam sinat.*

Moritur hoc anno Eustochium Vir-
go sanctissima Paulæ Filia, qua de sæ-
pius meminimus, exactis in Bethlee-
mico Cœnobio annis XXXV. Quo
tempore Palæstinæ Vrbes complures
collapsæ vehementiori terræmotu di-
cuntur. Christus verò Dominus in
ipso Oliueti Monte multis se visen-
dum exhibuit pellucenti nube circum-
septus. ad hoc aliud ostentum prodi-
turi; nam.

Nona.
torum
mēda-
cium.

Cetur.

Magd

2.5.

1238.

De

fens.

Moli-

nei.

Hier.

ep. 27.

1.

3.

Mar-
cell.
chron.

Prodi-

gia

apud

Palesti-

eni; nam.

tur; in recens baptizatorum vestibus
Crucem diuinitus impressam perspi-
cuè visam. hinc factum, vt multi, ex
Aug. sacris vaticinijs extremum metuendi
op 79. Iudicij adesse diem, & putarent Ipsi,
80. & pro concionibus, & familiaribus
vbique sermonibus inculcarent.

Chri. Quadringentesimum, ac vigesimum
Ann. Christi annum Theodosius IX. Con-
420. stantius III. Consulatu auspicati sunt;
quo Constantius Ipse Augusti nomi- *Const.*
ne, atque insignibus ab Honorio est *tius.*
auctus, cuius Rescripto Cælestius ite- *Aug.*
rum proscribitur.

Mar- Perpetuum vt videbatur, inter Ro-
cell. manos, ac Persas sancitum foedus, su-
chron. periori anno rescissum fuerat, ergò in- *Perse-*
Aug. gens in Christianos persecutio exci- *quutio*
de Ciu tata est; siuè eam Ildegerdes Ipse, qui *in Per-*
Dei. Theodosij Tutor fuerat, siuè, quod alij *sido.*
l. 18. tradunt, Ildegerdis Filius Bararanes
c. 12. instituerit, cruciatuum genera quibus
Socr l. affecti sunt, qui Fidem constanter re-
7, c. 21 tinuere Theodoreus, non sine horro-
Theod re, enumerat legenda, aut audienda.
l. 5. c. bellum porrò foeliciter à Theodosio
34. gestum, biennio peractum est. eo vi-
gente cum ex Persis septies ferè mille
captiui apud Romanos essent, sum-
maque alimentorum inopia labora-
rent, Acacius Amidæ Episcopus sacra
vasa in Illorum redemptionem impen-
dit. cuius effusa charitas ipsis hostibus
admirabilis, conciliandæ inter vtram-

que Gentem paci adiumento fuit.

Sara- Eiusdem ex causa belli Christianæ
cenia Fidei aditus apud Sarracenos parefa-
Chri- ctus. id quo pacto acciderit, quidque
stū con diuini prædicatione Verbi effectum
uersi. fuerit, Cyrillus refert.

S. Hie- In hunc annum incidit Hieronymi
rony- eximij Ecclesiæ Doctoris exitus pri-
mi obi- die kal. Octobris, ætatis fere octua-
tus. gesimo, quod ex Ipsius scriptis haud
 dubiè colligitur. multi sanè, sed per-
 peràm, ad centesimum Eum accessisse
 tradunt. missis igitur quæ de tanto Vi-
 ro leguntur elogijs, ac librorum Ipsius
 qui extant, catalogo prætermisso, eos
 tantum referre sat erit, quos excidif-
 se compertum est. hi sunt de Hære-
 sibus, & de carnis resurrectione. In
 Lucæ Euangelium Homiliæ XXX.
 in Psalmos tractatus septem. de Iudi-
 cio Salomonis. in omnes Prophetas
 adnotationes pro Tyronibus præter
 copiosiores, quæ extant, explantatio-
 nes in quatuor Euangelia: denique
 in Apocalypsim. præter ea, quæ ex
 Græcis Authoribus latinitate dona-
 uit. Porro qua de Hieronymo incon-
 sultè admodum circūferuntur in Eius
 Vita ab imperito quopiam concinnata
 singillatim hic Author refellit, quem
 require.

In vit.
S. Eut.
apud
Surd.
20. Iā.
Prr sp.
chron.

Hier.
de scr.
eccl. in
fin.

Aug.
ep. 261
de
Har.
in fin.

Cas-
siōd.
insti.
dit.

Chri. Argicola, atque Eustathio Coss.
Ann. Constantius in ipso Imperij limine
 421. moritur. tradit Nicephorus, bellum
 Theo-

Prosp. chron. Theodosio inferre meditarum, quod suam Ipsius imaginem Constantinopolim ex more allatam, recipere Ille noluisse.

Marcell. chron. Socr. l. 7. c. 21 Theodosius interim puber factus Athenaidem Leontij Philosophi Filiam, liberalibus disciplinis apprimè excultam, Vxorem duxit, quam Baptismo ab Attico Episcopo iniciatam, Eudociam in posterum dici voluit. hæc in Viri laudem egregium de bello Persico Poema scripsit, quo in argumento alios quoque versatos tradunt.

L. 6. de sacr. Eccl. & L. 35. de Episc. & Cler At vero Theodosius rei Ecclesiasticæ ignarus Attici suasu, doloque malo Illyrici Ecclesias Constantinopolitanæ subiecit præfatus hac in re antiquos se Canones restituere, quos commenticios Illi Atticus haud dubiè proposuit illud insuper addens Constantinopolitanam Ecclesiam Romæ Veteris prærogatiua gaudere, quod Augustorum sancitum legibus, Reipublicæ spectat, non autem Ecclesiæ. Huic porrò Sanctioni Romani Pontifices, Leo in primis, numquam acquiescere, de quo infra erit dicendum.

Chri. Ann. 422. Rom. Pont. Autho-ritas. Novus annus verumque Augustum Coss. habuit, quo Bonifacius adversus Patroclum Sedis Arelatensis Invasorem, causæ cognitionem Hilario Narbonensi demandavit; ex quo proxim frequentibus firmatam exemplis agnosce supremæ in omnes Episco-

pos Romani Pontificis potestatis.

Boni- Militaribus hoc tēpore copijs apud
facius Africam præerat Bonifacius Vir æquē
Africa pius, ac strenuus. Huic cum Augusti-
Dux. no amicitia non vulgaris intercede-
bat, tum literarum commercium, *qua-
rum nonnullas Author hic recitat.*

Hoc sub Duce Gothi quoque sti-
pendia faciebant; qui, Arriani cum es-
Arria sent, Arrianos quoque Ministros se- *Aug.*
ni An- cum habebant. in His Maximinus Epi- *ep. 37.*
gusti- scopus fuit qui Augustinum ad dispu- *Possid.*
nū pro tationem de Fide laceffere non dubi- *in vit.*
nocat. tavit; quod & Pescenius Comes re- *c. 13.*
rum Fiscalium Exactor, itidem Arria-
nus, est autus.

Mariano a que Asclepiodoro Cofs. Chri.
Hono- adscriptus annus funestus illuxit Ho- *Ann.*
rij norij morte. quæ Augusto mense con- *423.*
mors. tigit. imperavit à Theodosij Patris *Mar-*
obitu annos fere vndetriginta, decem *cell. &*
amplius vixit. Romæ illum decessisse, *Cass.*
& apud Vaticanū porphyretico con- *chron.*
ditum monumento, Paulo Diacono *Socr. l.*
tributa historia testatur. Paucis ante *7. c. 23*
obitum mensibus Gallam Sororem,
cum duobus Filijs Valentiniano, atque
Honorio, ob suspicionem Vocato-
rum Hostium, in Orientem amanda-
uerat; quo factum, vt cum nullus apud
Occidentem esset qui iure cognatio-
nis Imperium susciperet, Ioannes qui *Ioan-*
dam, qui tum Prætorio Præfectus, an- *nes Ty*
tea inter Augusti Scribas fuerat, Im- *rānus.*
perium

perium inuaderet. Hic statim Legatos ad Theodosium mittit per quos illum orat, ut se in Collegam adsciscat. Theodosius, Legatis custodiae traditis, *Arda-* trui morte haudquaquam vulgata, *burius* *Theo-* daburium, quo Duce bello Persico *dosij* foeliciter usus fuerat, in Ioannem *Dux.* conscribere exercitum iubet.

L. 60. At nouus Imperator inter prima
61. Principatus rudimenta Ecclesiasticam
dehar. immunitatem omnem decreto sustu-
L. 22. lit, quod quam male consultus fecerit,
23. suo mox damno expertus est. Theo-
dePag dosius vicissim auitum sectatus mo-
L. 27. rem, bellum ab ipsa Hæreticorum alio-
de lud rumque Christi hostium insectatione
C. Th. auspicatus, complures, quæ extant, hac de re edidit Sanctiones.

Honorium haud ita multo post sequutus Bonifacius Pontifex, moritur *Bonifa-* VIII. kal. Nouembris cui sublegitur *cij Pa-* Cælestinus. Huic ex Eulalij factione *pa obi-* nonnulli quemadmodum sese oppo- *tus* nere non sunt ausi, ita Illius commu- *Cale-* nationem diutius eos vitasse constat, *stinus* quod Valentiniani edita postmodum *succe-* Rescripta declarant. *dit.*

Chri. Qui sequitur annus Castinum, ac
Ann. Victorem Cofs. habet, quamquam
424. Ille Consulatu motus, consularibus quoque Fastis expunctus est.

Oppidanis quibusdam Hipponensis antea Dioecesis Episcopum, Augustinus, petentibus dederat paulo iunio-

rem sui Monasterij Alumnū; Hunc postea criminū haud leuīum com-
 pertum, Oppidanis certatim defe-
 rentibus, Augustinus deposuerat. Is
 appellatione ad Apostolicam Sedem
 interposita, Romam perrexit: na-
 ctusque Cælestini aures faciliores,
 quam sperasset, apud Africam accu-
 satoribus suis insinuari curauit pro-
 pediem se victorem Cælestini sen-
 tentia rediturum. vulgatum insuper
 est non sine satellitio Romani Pon-
 tificis ad futurum. hæc non Augusti-
 ni tantum, atque Oppidanorum ani-
 mos exulcerarunt, sed alios quoque
 Africæ Antistites commouerunt adeo,
 vt iactare quidam ausi fuerint nefas
 esse Africæ Episcopos transmarinam
 opem implorare, cum præsertim
 haud ita pridem Zosimi quoque Le-
 gati paulo acerbius cum Iphis egissent.
 hinc Nouatorum, quæ diximus, men-
 dacia, non ante Zosimum Romanos
 Episcopos in alios omnes potestatem
 usurpasse. Augustinus sanè literis ad *ep. 161*
 Cælestinum datis, quamquam animi
 perturbationem professus ex sui Alum-
 ni, quam metuebat, scelerum impu-
 nitate, summam haud secius aduersus
 Cælestinum reuerentiam præ se tulit,
 Sedis verò authoritatē maximè agno-
 uit, nec nuperam dixit, tantum abest,
 vt iudicium subterfugerit. annuisse
 porrò Cælestinum Augustino, cogno-
 sci

*Noua-
 torum
 calum-
 nia.*

sci ex eo potest, quod mutua deinceps se beneuolentia complexi fuerint. tum illud æquè exploratum est, Africanos Episcopos reliquos, non tam Rom. Pontificis sententias, quam illarum exequutiones, quæ non rarò cum militari apparitura peragebantur, ægrè tulisse.

Ioannes interim copiarum parte in Africam transmissa, Prouinciam à Bonifacio militiæ inibi Præfecto re petit. Is tyrannidem simul, atque impietatem auersatus, re antea cum Augustino collata, Illiusque ad Deum precibus, & causæ bonitati fidens, armis decernere satius duxit, quod & feliciter præstitit.

Ardaburius Theodosij Dux Salonas cum exercitu delatus, dum illud Aquileiam transmittit, in littus vi tempestatis eiectus, in Tyranni potestatem venit, Deo ita moderante, ne humanis consilijs foelix belli exitus tribueretur; de quo in sequentis anni rebus gestis sermo erit.

Theodoretus superiori anno ad Cyri Urbis Episcopatum euectus cum amplissimam Dioecesim (octingentas Paroecias habebat) Marcionitis refer- Ep. 81. tam nactus esset, in illis ad rectam Fi- & hist. dei semitam pertrahendis vi maxima de Sæc. incubuit: quanto verò cum pietatis 6. 21. prouentu, Ipsemet tradit.

Theodosius XI. Consulatus Colle-

Valen- gam assumit Valentinianum consobri-*Chri-*
tinia- num, quem hoc eodem anno post de-*Ann.*
nus . iectum Tyrannum adhuc impuberem 425.

III. Occidentali præfecit Imperio. Tyranni porro exitium mira Dei providentia contigit. Ravennam cum exercitu se receperat, Vrbi, qua parte palude inaccessa putabatur, custode nullo imposito. ergo Ardaburij, quem captum à Tyranno diximus, Filius Aspar collectis utcumque Romanis copijs, non tam maris fluctibus quam Ducis infortunio disiectis; dum omnia circumspicit, ut Remp. simul, ac Patrem in pristinam vindicet libertatem; Angelo, ut Socrates, alijque tradunt Pastoris specie per inaccessam alioquin Paludem deducente, Ravennam peruenit, Urbis portas patentem reperit, factoque impetu Tyrannum opprimit; admirabili sanè, absque vllò suorum detrimento, parva Victoria, quam vno omnes ore Theodosij pietati tribuere; quæ sanè fuit eximia tum in rebus alijs peragendis, tum in hoc ipso diuino munere agnoscendo. cum enim circensibus ludis interesset, insperatæ victoriæ nuncium allatum est. religiosus tum Princeps ad populum, qui aderat frequentissimus; quin, inquit, ludis relictis, gratias Deo suppliciter acturi ad Ecclesiam properamus? excepta Augusti vox est omnium cum admiratione, ac plausu, neglectisque spe-

Theo-
dosij
pietas.

spectaculis, Eum omnes solemniter
luti pompa in Templum deduxerunt.
vnum de Theodosij religione, quod

Theod Theodoretus, & alij tradunt nequa- *Mirā*
l. 5. c. quam est reticendum. Vir quidam *de The*
36. Monasticū vitæ genus excolens, cum *odosij*
Nice- ad Eum sæpius, rei cuiusdam petendæ *religie*
ph. l. gratia, accessisset, nec Eius alloquendi *ne.*

14. c. 4 potestatem nactus fuisset, per sum-
mam temeritatem Ei Sacris interdixit.
pius Princeps re intellecta, ac Mona-
cho diligentius conquisito, nec reper-
to, ad Episcopum, pro impetranda
absolutione, quemdam ex domesticis
ablegavit; negante Episcopo absolu-
tione opus esse, cum temere Mona-
chus eam sibi potestatem tribuisset,
haudquaquam acquieuit, testatusque
cibum se non percepturum antequam
vinculo solueretur, Monacho iterum
perquisito, ab Eo demum facinus eru-
bescente solutus est.

Soer. l. Post Tyranni necem Barbari, quos
7. c. 42 Ille acciuerat, in Thraciam irrumpen-
tes, diuina & ipsi ope disiecti sunt.
eorum quippè Dux Coylas fulminis
ictu interijt: reliqui procellis, rerum

L. 5. de inopia, alijsque incommodis confecti,
spec. vulgari demum lue absumpti sunt.

L. 46. Multæ hoc anno ab utroque Augu-
de Epif sto editæ Sanctiones leguntur ad iura
et Cl. Ecclesiæ, ac diuinum cultum spectan-
L. 62. tes. sed & literarum studijs Constan-
63. 64 tinopoli Theodosius noua sancita
dehar.

lege consultum voluit, in qua Profes-
 forum, numerus, & quas græcè, ac *L. 3. de*
Immunitas latinè profiteri Artes, ac Scientias de- *Stud.*
 berent, definitur. tum alia rursus edi- *lit.*
publica ta Sanctione honore afficiendos Eos *L. 1. de*
cè do- duxit, qui XXII. annorum cursum do- *Pro-*
centi- cendo confecerant. *fess.*

tibus. Oblit hoc anno Atticus, quem *Sor. 6.*
 Chrysoftomo susceptum diximus. *7. c. 15*

Repetito Eorundem Augg Confu- *Chri.*
 latu nouus annus inchoatur, quo Si- *Ann.*
 finius Vir integerrimus Constantino- *426.*
 politanæ Ecclesiæ imponitur. Theo- *L. ult.*
 dosius ad Ethnicæ superstitionis reli- *de Pag*
 quas abolendas, seuerissimam legem
 promulgauit.

Augu- At verò Augustinus annum agens *Aug.*
stinus secundum supra septuagesimum, im- *ep. 113*
succef- parem se oneri ea iam ætate sentiens
sorem Successorem sibi, ac se adhuc super-
nomi- stite Coadiutorem, vt vocamus, dixit
nat. Neradium populo haudquaquam im-
 probante. orium proinde vtcumque
 nactus, tum alia nonnulla, tum Retra-
 ctationum libros scripsit.

Eo tamen haud diu frui potuit; se- *Chri.*
 quenti quippè anno, qui Consules Ann. *Ann.*
 Hierium, atque Ardaburium habuit, *427.*
Bellū Ciuile inter Romanos Duces bellum, *Prosp.*
Ciui- barbaricum mox excepit. Bonifa- *chron.*
le. cius, quem, ex Augustini consuetu- *Paul.*
 dine, pietatem hausisse diximus, quo *Diac.*
 magis in dies in eius Prouinciæ admi- *l. 14.*
 nistracione militari laude, ac potentia

crescit, eò etiam magis æmulorum in illum inuidia succrescit. eo factum est, vt quasi nouarum rerum studiosus apud Theodosium deferretur. igitur perduellionis reus actus imparem se hostibus cernens, qui Augustorum auspicijs bellum administrabant, ex Hispania Vandalos, atque Alanos exciuit, maximo Rom. Imperij, ac Christianæ Reip. detrimento, quod non semel deinceps erit deplorandum.

Bonifacius
Vandalos vocat.

Chri.
Ann.
428.
Pro-
cop. de
bell.
Vand.
l. I.

Porro auxilio vocati Barbari Ipsi in primis Bonifacio exitio fuere. Is enim amicorum ex Vrbe literis præmia, ne dum veniam à Placidia Augusta pollicentibus, si barbaros quacumque demum ratione ab Africa auerteret, facti poenitens eorum animos ingenti oblata pecunia tentauit. id vbi incassum agere se animaduertit, vi pel- lere adortus, manus conferere non dubitauit. cæterum victus Hipponem munitam Urbem se recipit, vbi à Genferico, qui gentis Principatum, Ganderico maiori natu Fratre extincto, suscepserat, obsidetur. & hæc quidem altero à transmissio in Africam à Barbaris exercitu anno contigere Sauro, ac Foelice Coss. quæ deinceps eadem in Prouincia sunt gesta, ad sequentes annos spectant.

Genfericus
Vand.
Rex.

Prosp.
Cæs.
siod.
chron.

Ætius interim, qui præ cæteris Bonifacium ad perfidiam, ac vesana consilia adegerat, in Galliam cum copijs prof-

Ætius
Rom.
Dux.

profectus, egregiam de Franchis, qui ad Rhenum substiterant, victoriam re- *Frācos*
tulit, quo factum est, ut Principum, *vincit*
ac mortalium ferè omnium, ob pes-
fundatam Africam, odio laborans, &
meritam tum quidem poenam euase-
rit, & meliori post hæc fama vitam
egerit.

*Nestor-
rius By-
zantiæ
Epis.* Nestorio præmaturè vita functo, Ne- *Socr. l.
7. c. 29
Prosp.
Chron.*
storius Antiochia, ob Chrysoptomi
memoriam, petitus, eadem in Sede
collocatur. principio Is quidem Theo-
dosio author fuit Hæreticos, aliosque

*Hære-
ticum
se pro-
dit.*

*Eius
dogma-
ta.*

nefarios homines nouis legibus inse-
ctandi. At enim homo impius, qui ex
Paulo Samosateno prognatus dice-
batur Christo diuinitatem adimente;
haud diu auitos errores dissimulauit:
quamquã Illos, veteri damnatos præ-
iudicio, iterum obtrudere veritus, am-
bagibus quibusdam, ac veluti præsti-
gijs inuoluit. quippè Christum Homi-
nem tantum ex Virgine natum, diui-
nitatem pro merito adeptum affirma-
bat, alia insuper dogmata huic con-
sentanea effutire est ausus. Cyrillus
sanè Alexandrinus, quem Aduersarium
acerrimum cum Cælestino, ac alijs
expertus est, quindecim Eum capiti-
bus cum Samosateno consensu af-
firmat. Porrò Nestorius sua Ipse dog-
mata palam tradere cum eximesce-
ret, impietatis ministros haud ægré
inuenit, qui id præstare non erubelce-
rent.

rent. ex His Dorotheus quidam Episcopus Constantinopoli tum degens, in ipsa sacræ Synaxis frequentia suggestum conscendens concionabundus clamare ausus est; *si quis Mariam Deiparam dixerit, anathema sit.* his consentanea cum Anastasius quoque Nestorij Presbyter, Eo nequaquam improbante, iactaret, maximus totius Populi motus sequutus est, atque adeò postmodum totius Christianæ Reip. perturbatio, de qua mox dicturi sumus.

Chri. Subit annus sæculi vndetrigesimus, *Palla-*
Ann. qui Consules habuit Florentium, ac *dus*
429. Dionysium; quo tempore Cælestinus *in An-*
Prosp. Rom. Pont. Britanniam Pelagiana in- *gliam.*
chron. sectam lue; Palladii Diaconi Legatio-
Bed. l. ne purgavit. Scotos eiusdem Insulæ
I. c. 17 Populos, vt qui maximè adhuc bar- *Scoti*
baros, ad humanitatem simul, ac Chri- *ad fidē*
stianam Fidem traduxit. Sunt qui Sco- *cōuer-*
torum ad Christum conuersionem, *si.*
antiquiorem tradant; sed cum hoc
eius sæculi Scriptoribus incompertum
sit, commentitium putamus. *porrò*
cum tres eodem fere tempore Palladij
vixerint, Hic de quo est sermo quis
eorum fuerit, Author disquirat. Ipso *S. Pa-*
autem ea in legatione vita functo, *tricius*
cum in Hiberniam quoque Euange- *Hiber-*
lium intulisset, Patricius coeptum ab *nia*
Eo opus absoluit. De alia quoque in *Apost.*
Bed. l. Britanniam Legatione à Germano, ac
I. c. 17 Lupo

*Angli
Britā-
niam
occu-
pant.*

*Britā-
ni in
Gal-
liam.*

*Nesto-
rius hæ-
resim
disse-
minat*

*Nesto-
rij ar-
rogan-
tia.*

Lupo Episcopis obita Scriptores tra-
dunt, quæ in alia incidit tempora cum
Insula domesticis, externisque armis
agitata, ab Anglis Saxonum Gente ma-
gna ex parte subacta, Angliæ postmo-
dum nomen adepta est. tum Britanni
vexati ab Anglis pulsique, eam Galliæ
partem quæ in Oceanū excurrit, inse-
dere, ac Britannia illi nomen indidere.

Subindè impius Nestorius propa-
gare hæresim cupiens, literis ad Ægy-
pti Monachos, aliosque complures
datis, insuper & commentarijs con-
scriptis, eam latè disseminat. magnæ
hinc inter Monachos excitatæ turbæ,
ad quas sedandas Cyrillus primam
scripsit epistolam. eadem quæ in Ægy-
ptum, cum Romam quoque incerto
tabellario fuissent perlata, Cælestinus
ad Cyrillum scripsit, diligenter per-
quireret, an ea quæ de Nestorio vul-
gabantur, à Nestorio essent Authore,
tum an alia insuper idem vulgasset.

Cælestini literis acceptis Cyrillus, ad *Apud
Cyrill.*
Nestorium Ipsum scripsit, tum alteras

ad Eundem dedit, quibus Ille vehe- *ep. 3.
ep. 9.*
menter commotus, maxima cum ar-
rogantia rescripsit, se præ cæteris di-
uinæ Scripturæ sensum, ac scopum
attigisse ostendens. denique eò auda-
ciæ venit, vt, Augustum in se propen-
siorem nactus, reliquos totius Orbis
Episcopos suam in sententiam haud
agrè perducturum se speraret. Re-

gia

gia verò in Vrbe multis, qui nouæ ob-
streperent doctrinæ, publicè cæsis, eò
uentum est, nemo vt iam hiscere aude-
ret. Theodosij porro in Nestorium
hactenus procliuitas laudanda potius,
quam damnanda est; sciebat enim re-
ligiosus Princeps Arcadij Patris fa-
ctum improbatum. cum Theophilo,
alijsque externis Episcopis aduersus
Chrysofostomum patrocinatus fuisset.

Chri. Nouo appetente anno Consula-
Ann. tum ambo Augg. repetunt. His Cæs.
430. Nestorij literæ vna cum nouæ hæresis
tom. I. Commentarijs haud dubiè Theodosij
ep. Rō. iussu per Antiochum Virum illustrem
Pont. Cælestino redduntur. eodemque
Cyrill. tempore à Cyrillo quoque cum lite-
ep. 16. ris, Commentarios aduersus Eundem

Nestorium Cælestinus recipit. igitur *Cæle-*
Episcopis nonnullis Romam vocatis, *stini*
Nestorij dogmata, tum Nestorium *zelus.*
Ipsam, dato ad resipiscendum tempo-
re, damnat, deque his Illum certiozem
reddit. *literarum exempla hic apud*
Authorem habes omninò legenda. ea-
dem de re certiores quoque redidit
Episcopos Antiochenum, Hierosoly-
mitanum, Thessalonicensem, ac Phi-
lippensem. Cyrillo tamen partes suas
delegauit, qua etiam ex causa (quod
Theo- Theodorus tradit) Phygium Illi, hoc
Bals. est Pallium potestatis signum tradidit,
quo Cyrillum in Ephesino Concilio
vsum constat.

Cæterum receptis Rom, Pontificis *Syno-*
 literis Cyrillus Prouincialium *Episcopus*
 scoporum Synodum Alexandriæ *Alexã*
 git. ab His quatuor ad Nestorium *Le*
 gati mittuntur, qui & Cælestini, & *dria.*
 ipsius Synodi literas cum Fidei pro-
 fessione, à Nestorio emittenda, secum
 deferant, *quarum exemplum cum alijs*
nonnullis apud Authorem hic habes.
 at Nestorius his receptis tantum ab-
 fuit, vt à sua Ipse sententia recesserit,
 vt potius Cyrillum cæterosque, qui
 eadem cum Illo sentiebant, hæresis
 infimularet. quo factum est, vt Theo-
 dosius per Virum illustrem Petronium,
 Bononiæ Episcopū de cogendo Ephe-
 si generali Concilio egerit; datis inte-
 rim ea de re generalibus ad Episcopos
 literis, peculiaribus autem ad Cyril-
 lum. Augustinum in primis Augusti *Vit.*
 iussu vocatum constat, cum is vitæ *c. 28.*
 exitum paulo ante sortitus esset, inci- *Génad*
 dit Augustini exitus in tertium Hip- *de Vir.*
 nensis obsidionis mensem; quæ ad *illust.*
 decimum quartum perducta est. *c. 61.*

Petro-
nium
postea
Bono-
nia
Episc.

S. Au-
gustini
obitus.

Ioan-
nes
Cassia-
nus.

Hoc eodem anno Ioannes Cassia-
 nus Constantinopolitanæ olim Eccle-
 siæ Diaconus, Leonis Romani Archi-
 diaconi, postea Pontificis hortatu, de
 Incarnatione aduersus Nestorium se-
 ptem libros luculentissimos edidit,
 cum antea (quod Ipse testatur) colla-
 tionum libros edidisset.

Accedit annus Ephesini Oecume-
 nici 431.

Chri.
Ann.

431.

nici Concilij memoria celebris. Anicij Bassi, ac Flauij Antiochi Consulatibus fastis adscriptus. Hic Ille est Antiochus ex Eunuco Patritius, qui non secus, ac Eutropius gradu, & Ipse, motus fortunisque omnibus exutus, inter Clericos postea adscriptus est.

Theod
ep. 95.

Socr. l. 7. c. 31. Hoc tempore cum serui quidam genere Barbari saeuitiam Domini metuentes in Ecclesiam armati confu- gissent, Sacrisque obeundis, quod altare ipsum tenerent impedimento essent, Clericos, qui dimouere Illos uoluissent, uulneribus affecere, tum se Ipsos, ueniam desperantes, intersece-

L. 4. de re. ea de causa edita à Theodosio Lex de his qui est qua uniuersus Templi ambitus non ad Ec- Altare tantum tutum Reis confugium esse sancitum est. tum arma in Templo inferri uetita, Ipseque Augustus legi obsequuturus, sui corporis Custodes arma pro Templo deinceps ponere imperauit.

L. 3. obsequuturus, sui corporis Custodes arma pro Templo deinceps ponere imperauit.

Dum Generale Ephesi Concilium cogitur, Cælestinus iterum Episcopus complures euocat, qui totius Occidentalis Ecclesiæ nomine Synodales epistolas, ac Legatos decernunt, qui Ephesi præscripto tempore essent ad Iunij Kalendas. eò cum ex Orbe Christiano uniuerso conuenissent Epi-

scopi fere CCC. quod Ioannes Antiochenus nondum adesset, dilata est Synodi celebratio ad X. kal. Iulij. tum de-

Conc.
Ephes.
edit.

Synodus Ephesi.

Nestorius demum Ioanne frustra expectato, Nestorius, qui Ephesi iam erat, ter vocatus per quatuor à Synodo Episcopos, accedere cum renueret, Ioannis præsertim absentiam causatus, totius Concilij sententia damnatus est. Quinta post Nestorij damnationem die, Ioannes Ephesum demum accedit. obuam Ei processere à Concilio missi Episcopi, ac Clerici tum officij gratia, tum vt illum de Nestorij damnatione certiores facerent, Eiusque vt communionem vitaret, suaserunt. mirum dictu ex itinere à Ioannis Samellitio ab Eius congressu inhibiti: domum postmodum, in quam Ille venerat, ingressi, contumelijs, ac plagis excepti sunt. Ioannes tum Nestorio addictissimus, foedere cum Eo impiè inito, nactique ambo Candidianum Comitem, qui cum militari apparitura Ephesi erat, suorum scelerum defensorem, ipso Ioannis aduentus die, in ipso eius diuersorio, Episcopis nonnullis, qui ob hæresim, aut alia ob crimina à suis Ecclesijs extorres, in sacram Synodum admissi non fuerant, coactis, quasi in legitimo Concilio, damnationis, ac depositionis sententiam in Cyrilum, ac Memnonem Ephesi Episcopum ferunt. reliquos Patres eo, quo diximus, numero, qui Nestorij damnationi subscriperant, excommunicati.

Nestorius
Annales
1147.

Pelt.
10.4.
c.13.
Euagr.
l. 1. c. 5

Ioannis
Antioche
ni ar-
rogan-
sia.

Nestorius
Concilium
Antiochenum

municatione omnes percellunt, nisi gesta retractent, Cyrilli, ac Memnonis damnationem ratam habeant.

Exindè duodecim elapsis diebus Apostolicæ Sedis Legati maris tempestate diutius iactati, Ephesum appulere, & Synodi Actis suum calculum addidere. potraçta ad dies deindè multos Synodo, *de cuius gestis Authorem hic consule*, Synodales ad Theodosium literæ dantur, verum hæ ab itinerum custodibus Candidiani Comitis iussu interceptæ, Augusto haudquaquam sunt redditæ. cum interim quæ à Conciliabulo, Ipsoque Comite datæ fuerant, ad Illum peruenissent. Theodosius ex alterius partis silentio vera esse, quæ Nestoriani scripsissent, ratus, Catholicis Episcopis, datis ad Eos literis, præcipit Epheso non antè discedant, quam Nestorio, ac Ioanni consentiant. Ex his Patres fraudem odorati, Archimandritas, qui Byzantiæ agebant, de rerum statu certiores reddere hoc pacto statuunt. literas rerum seriem continentes arundine inclusas Mendico tradunt: Is, nemine obsistente, Byzantium delatus, literas Dalmatio reddit spectatissimæ Virtutis Viro, ad quem suo se Coenobio continentem, pietatis causa accedere Augustus Ipse identidem soleret. Dalmatius re intellecta, qui cæteroquin pedem Coenobio

*Synodæ
litera
inter-
cepta.*

*Dal-
mati-
us solia
tarius.*

nobis efferre piaculum existimasset, Augustum adit, rem, ut erat exponit. Theodosius eo audito, insuper eodem tempore ab Isidoro quoque Pelusiota celeberrimæ sanctitatis Monacho eodem argumento acceptis literis, iubet à Synodo Legatos ad se accedere. venere igitur Byzantiū à Synodo Episcopi aliquot, à Nestorianis Irenæus Comes illorum partibus addictissimus. tum vero Theodosius quorūdam suāsu, Acacij in primis Episcopi Beroensis, qui decimum supra centesimum agebat annum, quasi æqua lance re expensa; tum Nestorij, tū verò etiam Cyrilli, ac Memnonis depositionem ratam habendam statuit. eam verò in sententiam ire se idcirco passus est, quod totius Synodi decreto hos omnes damnatos crederet. missus itaque est Ephesum Ioannes, qui Principi ab Eleemosynis erat, vulgato autem nomine, sacrarum largitionum Comes appellatus. illuc ubi peruenit perlectis Theodosij literis, depositos Episcopos, ne quid turbarum concirent, seorsim in custodiam tradit. porro cum de his Principem certiores reddidit, illud mendacissimè addidit, Cyrillum quoque, ac Memnonem totius Synodi sententia fuisse depositos, ita ut de exilij tantum loco iam quæreretur. hoc cum rescissent Synodi Patres, Cyrillum verò, ac Memnonem indi-

*Episco-
pi cu-
stodia
tradi-
ti.*

*Cy
Ape
sub
Euo
l. l. c*

*Socr.
7 c. 3
Libe-
rat. c*

*Proce-
l. l.*

indignè retineri ægerimè ferrent, supplici iterum libello Theodosium rerum à Synodo gestarum certiore faciunt, quod & Nestoriani pro viribus præstant. tum verò placuit septem ex utraque parte Episcopos Epheso Byzantium legari, quibus demum auditis, Pulcheria Sorore in primis adnidente, Theodosius ex errorum tenebris, quibus Eum Comites inuoluerant, ad lucem aliquando veritatis

Cyroll. emerfit. Ergo Nestorianæ factionis

Apol. Legati dimissi: Episcopi eidem studen-

subfin. tes ad suam quisque Ecclesiam abire

Enagr iussi. Nestorius Antiochiæ relegatus

l. 1. c. 7 mitiori tum quidem exilio, verum

quod hæresim docere adhuc perge-

ret, post quadriennium, Oasena illi

relegatio omnium deterrima decreta

est, ut suo loco referemus. insuper

Irenæus Comes exauctoratus, quod

de Ioanne quoque Candidiano, ac

Palladio traditur. porro diuino factum

consilio fateri cogimur, ut per Virgi-

nem Augustam Virgo Deipara à Ne-

storij blasphemijs vindicaretur.

Nestorius relegatus.

Socr. l. 7 c. 37 Ad hæc Nestorio successor datur *Addi-*

Libe- Maximianus, & à sacræ Synodi, quos *tamen*

rat. c. 7 diximus, Legatis consecratur. *tum ad*

Hoc tempore additamentum illud *Salus.*

accepisse creditur Angelica Salutatio. *Ange-*

Sancta Maria Mater Dei ora pro no-

licam.

bis peccatoribus.

Procep Hæc dum apud Orientem peragun-

l. 1a tur,

Paul. Diacon. l. 14. tur, Gensericus apud Africam insignem de Rom. exercitu victoriam reportavit. *Gensericus Romanus*

Iisdem Coss. X. kal. Iulij Paulinus Nolanus Episcopus moritur, de quo illud traditur memorabile, tanta illum charitate flagrasse, ut captivum se Vandalis pro Filio Viduæ redimendo traderet. *nos vinctus. S. Paulini obitus.*

Chri. Ann. 432. Subit novus annus Ætio apud Occidentem, Valerio apud Orientem Coss. cuius exordio Ephesinæ Synodi Patres, ac Theodosius Ipse Aug. cum Maximiano, quem Nestorio suffectum diximus, Legatione instituta, Cælestinum de præclaro Catho-

Cælestini Papa. obitus. Sixtus III. licissimum sortitus exacto Pontificatus anno octavo. Huic Sixtus sublegitur huius nominis tertius. Hic nihil prius habuit, quam ut errantem ouem reduceret. scripsit itaque ad Nestorium apud Monasterium Euprepij Antiochiæ agentem, ratus illum in Monastica tranquillitate respiscere haud ægrè potuisse, qui in Populorum frequentia desipuerat. sed incassum Eius conatus cecidere. Theodosius quoque apud Ioannem Antiochenum pro-

im-

Gennad de Vir. illust. c. 5. 5.

imperio egit, vt Nestorium, quod alij fecerant damnaret, cum Cyrillo, & reliquis Orthodoxis in gratiã rediret, idque, vt alij Syriæ Episcopi facerent, curaret. hac ipsa de re ad magnum Il-
Euagr. l.c. 1. c. lum Simeonem cognomento Stilitem *Simeo*
13. Theod. vit. scripsit, quem veluti Numinis inter-
Patr. c. 26. pretem ex toto Christiano Orbe om-
Cyrill. ep. 38. nis generis mortales consulebant. & Ioannes quidem habito Prouincialium Episcoporum Conuentu Ephesinæ Synodi decreta comprobauit, reique testes literas ad Sixtum pariter, ac Cyrillum dedit.

Socr. l. 7. c. 36. Per idem tempus Iudæus veterator *Iudæ-*
Niceph. l. 14. c. 41. apud Cretam Moysen mentitus Iu-
 dæos inde omnes, exsiccato mari, in *us ve-*
 terram Promissionis abducturum se, *terra-*
 spondens, Eos ita dementauit, vt multi *tor.*
 mare temere ingressi miserè perierint: porrò cum Seductor, ad necem quæ- situs, nuspiam inuentus fuisset, à multis vulgatum, non hominem illum fuisse, sed Dæmonem, quo factum vt ex His multi Christianam Fidem amplexi fuerint.

Greg. Tur. de Gest. Fræc. l. 2. c. 1. Gl. 10. c. 31. Quo etiam tempore Britius Turo-
 nensium Episcopus Martini Alumnus, *S. Bri-*
 ac Successor, nefariæ cum Muliere *tius.*
 consuetudinis infimulatus, infantem
 ex Ea recens natum per Christum ad-
 iurauit, vt proderet an Britius Ipsius
 Pater esset; tum Infans, *non tu,* inquit, *Infans*
Pater meus es, urgente Populo vt, quis loqui-
 nam *tur.*

Bb

nam tur.

nam esset, interrogaret, id se ne noxius proderetur, facturum negavit. cum autem haud secius aduersantiū potentia pulsus esset, ad Rom Pont. appellauit, à quo, causa cognita, restitutus est.

Subindè Bonifacius ex Africa Romanam delatus, militiae Magister dictus non tam publicas cum Reip. hostibus, quam priuatas cum Ætio inimicitias exercens, prælio illum superauit, nec ità multo post, siuè morbo, siuè, quod alij tradunt, ex vulnere exinguitur. Ætius Dalmatiam, mox Pannoniā adit.

Bonifacij obitus.

XIV. cum Anicio Maximo Consu-
latum Theodosius inierat, cum noui Ann.
apud Orientem, ex veteribus exorti 433.
fluctus, compositam paulò antè pa-
cem perturbarunt. id Fidei hostium
dolo factum, qui Cyrilli nomine vul-
gatis literis illum in maximum famæ
discrimen adduxerè; mox tamen dete-
ctis dolis, simulates sublatae, tranquil-
litas restituta est. tum verò Vrbs Re-
gia tridui incendio grassantibus late
flammis foedè absumitur

*Byzanti-
j in-
cediū.*

*Ioannes
Cassianus.*

Ioannes Cassianus Massiliensis iam
Ecclesiae Presbyter, Collationum li-
bros, quos diximus, ediderat Christia-
nae pietati sanè proficuos: in his Pe-
lagiani errores deprehensi, confutati-
que sunt à S. Prospero eo in Com-
mentario, quem aduersus Collatorem
inscripsit. porrò Collationum opus
ipsum ab Eucherio Lugdunensi Epi-
scopo,

*Libe-
rat.
rat.
Bren.
Cyrill.
ep. 29.
30.
Mar-
cell. 30.*

scopo, ac Victore Afro expurgatum, ad nos vsque peruenit.

Sub anni exitum coacto Romæ à Syno-
Sixto Concilio, Ipsi Sixti causa di-
scussa est, quem Anicius Bassus Ex-
consul stupri cum sacrata Deo Virgi-
ne insimulauerat. cæterum, calumnia
detecta, Pontifex innocens pronun-
ciatur, Accusator vicissim damnatur.

Syno-
dus Ro-
mana.
Sixtus
accusa-
tus.

Chri.

Ann.

434.

Socr. l.

7. c. 39

Phot.

Bibl.

Sur.

vlt.

Iun.

Aspare, atque Areobinda Cofs. Ma-
ximianus, qui pulso Nestorio Byzan-
ti Episcopus consecratus fuerat, mo-
ritur. dum adhuc defuncti cadauer in-
sepultum iacet Proclus Vir spectatif-
simus in Episcopali Sede collocatur.

Pro-
clus
Byzã-
tij An-
tistes.

Sub idem tempus Melania Iunior,
quæ Hierosolymis Monasticam age-
bat vitam, Constantinopolim Volusia-
ni Patruï accitu venit. Is tum Legatio-
ne ad Eudociam Augustam fungeba-
tur illuc ab Vrbe, cuius Præfecturam
gerebat, profectus. Virgo sanctissima
iter illud libenter ideo suscepit, quod
spem certam concepisset Patruum,
Ethnicum Hominem, quod Augusti-
nus frustra tentauerat, ad Christi cul-
tum se perducturam, quod & diuina
demum opè effecit. porrò ex Mela-
niæ congressu non Volusianum mo-
do, sed Augustum quoque, atque Au-
gustam hausisse pietatem constat.

Mela-
nialu-
nior.

Tertius ab Ephesina Synodo annus
agebatur; cum Vincentius, Lirinensis,
apud Galliam, Monasterij Alumnus lu-

Vincẽ-
tius
Liri-
nensis.

Bb 2 culen- nonfis.

culentum aduersus hæreses commentarium elaborabat. Hic cum se fluctibus sæculi diutius agitatam dicat, antequam Monasticę vitę portum tenuerit, in eam nos adducit sententiam, ut putemus Eundem Hunc esse Vincen-
tium Galliarum Præfectura nobilem, *Dial.*
qui mirificè à Seuero commendatur. *c. 12.*

Qui sequitur annus huius sæculi quintus, ac trigessimus, duos Augg. *Chri.*
Theodosium XV. Valentinianum IV. *Ann.*
Cofs. habet, quorum edicto Nestorij *435.*
libri diligentius perquiri, ac vlticibus *L. vlt.*
flammis tradi sunt iussi. quo tempore *de Her*
Atij Ætius, & Gundicarium Burgundio- *C. Th.*
victo- num Regem superauit, & Armoricos *Prosp.*
ria. Gallię Populos Romanum iugum de- *chron.*
trectantes domuit, ac Barbari Aleman-
norum Regis prædæ subiecit; quem
tamen Germanus Altisiodorësis Epi-
scopus, pro ea, qua pollebat sanctita-
tis fama, ab incepto reuocauit. *porro*
de Germani laudibus, rebusque gestis
multa hic Author ex Constantio eius
temporis Scriptore, qui Illius vitam
edidit, recenset.

Hoc eodem anno XV. Kal. Martias
Theo- Theodosiani Codicis editio facta est.
dofia- ante hunc Gregorianus, atque Her-
ni Co- mogenianus extabant, in quibus Iuris-
dicis consultorum responsa, ac Principum
editio. placita legebantur. de recentiori post-
modum Iustiniani iussu edito suo loco
dicturi sumus.

His

Mar- His Ipsis Cofs. Honoria Valenti- *Hono-*
cell. niani Aug. Soror, cum ex consuetudi- *ria Va*
chron. ne cum Eugenio Procuratore vulgo *lent.*
male audiret, Constantinopolim ad *soror.*
Theodosium amandatur.

Chri. Quintus à Nestorij damnatione *Nesto-*
Ann. agebatur annus Isidoro, ac Senatore *rius lö-*
436. Cofs. cum Is, quietis nescius, nouo *gius de*
Euagr Theodosij Rescripto in Oasena *Ægy- porta-*
l. i. c. 8 pti Regionem remotissimam deporta- *tur.*
Nice- tur: bona, Ecclesiæ, cui præfuerat,
ph. l. adiudicantur. tradit Euagrius toto exi- *In fœ-*
14. c. lij, quo superfuit, tempore, multa per- *lix eius*
26. pessum, denique morti proximum, *exitus.*
lingua prius, dein toto corpore ver-
mibus scatente, computruisse.

Moritur hoc eodẽ tempore Ioan-
nes Antiochenus. cui Dominus Mona-
chus ex Sorore Nepos Successor datur.

Chri. Sub Consulibus Æcio, ac Sigesuul- *Perse-*
Ann. to Vandalica apud Africam persequu- *quutio*
437. tio à Genserico Arriano Rege grassari *Vãda-*
Mar- cœpit. initium ab Ipsius Regis dome- *lica.*
cell. sticis factum, quorum quatuor Hispa-
Prosp. ni Homines primitiæ Martyrum hoc
chron. anno fuere Horum memoria Idibus
Nouembris Ecclesiasticis tabulis pro-
ponitur recolenda. quæ in alios po-
stea Rex Barbarus immania statuit, ad
sequentes annos spectant.

Socr. l. Valentinianus interim Byzantium *Valët.*
7. c. 43 profectus Eudoxiam Theodosij Filiam *Vxorẽ*
Vxorem duxit, exindẽ, Italiam repe- *ducit.*
tens, Rauennam regreditur.

XVI. Theodosij Consulatu Fausto Chryso-
 Collega, Chrysofostomi Reliquiæ Cu- Ann.
 Stomi manis Ponti Constantinopolim solem- 438.
 corpus ni pompa referuntur. Concionem, *Socr. l.*
 trans- ex more Proclus ad populum habe 7 c. 44
 fertur. bat ipsa die transitus Chrysofostomi an- *Nice-*
 niuersaria. ergò dum tanti Viri laudes *pb. l.*
 extollit, auditores clamoribus apud Il- 14. c.
 lum instant suum sibi Pastorem reddi 45.
 flagitantes. res eò peruenit, vt Proclus
 ita, vt erat, è suggestu ad Augustum
 pergere Populo vrgente, ac profe-
 quente, coactus fuerit: annuit Augu-
 stus Virosque eximios, qui sacra Pi-
 gnora in Urbem Regiam referrent,
 delegit, mirares sacrum Corpus, quod
 argentea in theca honorifice seruaba-
 tur; moueri loco nequijt certior de
 his factus Theodosius, Proclo, ac alijs
 cõsultationi adhibitis, quid facto opus
 esset rogat; cæteris miraculo perter-
 ritis, sententiam ferre minimè auden-
 tibus, videri sibi Augustus ait, literas
 ad sacrum Antistitem, quasi viuentem,
 dari, quibus rogaretur, ne, suę olim Ec-
 clesiæ, in se studium despiceret, neuè
 ad eam redire, tantopere exoptatus
 abnueret Augusti sententia, tamquam
 à summa Eius pietate profecta, cum
 nemini nõ placuisset, perscriptæ Ipsius
 Augusti nomine literæ, perlataęque à
 præcipuis Senatoribus sunt: cum supra
 sacrum Corpus depositæ, *que ex eius*
etatis Scriptoribus deprompta ab Au-
thore

*Mirũ
 de
 Chry-
 sofostomi
 Reli-
 quijs.*

*Theo-
 dosij
 pietas.*

thore hic recitantur omninò legenda.
exindè indictis precibus, ac peruigilio,
enixè omnes Deum, ac sanctum Anti-
stitem cōprecati sunt, vt id præstaret,
quod humillimis votis religiosissimus
Imperator, ac Byzantijs Ciuitas vni-
uersa exposcerent. peractis precibus
res iterum tentatur, & ex voto sacrum
Corpus mobile reperitur. tollitur sa-
cra Sarcina humeris Sacerdotum, Cle-
ricis, ac Monachis accensis cum faci-
bus, magno numero, præcedentibus,
ac præcinentibus, dein' Populo fre-
quentissimo prosequente, Chalcedo-
nem demum defertur, quò Theodo-
sius, cum Proclo Episcopo, ac Senatu
vniuerso obuiam processerat, tum ve-
rò Regia Quinqueremi excipitur, na-
uigijs alijs innumeris prosequentibus.
hic iterum res accidit memoranda.
summa erat maris tranquillitas, cum
repente exorta procella naues reliquas
huc illuc disiecit, Regia, quam dixi-
mus, Quinqueremis, velis, ac funibus
vi tempestatis abruptis, diuina veluti
ducente Manu ad Viduæ agrum ap-
pellit, cuius olim causa Eudoxiæ odiū
Vir Sanctus incurrerat, noua veluti
sententia viduæ illum adiudicans: ve-
hementiori naus appulsu saxum in
mare prominens discissum est, quod
permulta dein' sæcula rei memoriam
seruasse ferunt. tranquillitas exindè
reddita, sacræ Reliquiæ in amplissima

Apostolorum Æde collocatæ sunt. tradunt Theodosium preces pro Parentibus summa cum pietate fuisse pronum, fronte ad ipsum tumulum applicata, tum seorsum pro Matre orasse, ut Eius sepulcrum, quod triginta amplius iam annos, omnium cum terrore, identidem concutiebatur, tandem aliquando consisteret; votique compotem effectum.

Sacra Eodem fere tempore Sanctorum *Sozom*
reli- XL. Martyrum, qui Sebaſte, apud Ar. *l. 9. c. 2*
quia meniam, passi fuerant, sac. Reliquiæ *Euagr*
inuen- in Byzantijs Suburbio, ex reuelatione, *l. 1. c.*
ta. inuentæ. Sancti quoque Ignatij An- 19.
 tiochiæ ex Suburbio in Fortunæ olim
 Templum translatio facta est.

Eudo- Post Filix Nuptias Eudocia Aug. *Socr. l.*
cia Hie Melaniæ, ut creditum, suasu, peregrin- *7. c. 46*
rosoly- nationem Hierosolymam instituit sa- *Euagr*
mis craque in Vrbe annum fere integrum *l. 1. c.*
Eius egit: Tempia, ac Monasteria ibidem 23.
ibidem extruxit, aut instaurauit, ditauitque,
opera. tum ipsa Urbis moenia collapsa resti-
 tuit, quo Regij Prophetæ votum im-
 pletum videtur cum cecinit, *Benignè Psal.*
fac Domine in bona voluntate tua Sion, 50.
ut adificentur muri Hierusalem. Si-
 quidē ē ἡ *Εὐδοκία* in *Eudocia* idem
 est, ac latinè *in bona voluntate*. quam-
 quam multa ex his postmodum perfe-
 cisse par est credere, cum iterum post
 Viri mortem illuc profecta est, quod
 suo loco referemus.

Chri. XVII. Theodosius vna cum Festo
Ann. Consulatum repetit, cum Eudocia
439. Hierosolymis Byzantium remeans,
Stephani Protomartyris Dexteram se-
cum detulit. donatam insuper Eam fe-
runt beatis Fascijs, quas sua infantia
Christus Dominus cōsecrauit: ad hæc
duabus Catenis quibus Apostolorum
Princeps Herodis iussu vincētus fuit,
quarum alteram Romã ad Eudoxiam
Filiam misit, quæ adhuc visitur coli-
turque, vna cum alia, quam iterum, S. Pæ-
Nerone Principe, in Mamertino ge-
stavit carcere, eo in Templo, quod Vincu-
tum Eudoxia Exquilino in Colle ædi-
ficauit.

No- Theodosius interim aduersus Ido-
uell. lorum cultores, ac Iudæos dignam in Iu-
The. Christiano Principe Sanctionem edi-
tit. 3. dit. quo tempore Cyrillus quoque scrip-
delud. Alexandrinus Iuliani Scripta quibus
ta.
Ille Christianam Religionem impu-
gnauerat, Commentarijs disertissimis
confutauit.

Sed, & Theodoretus, Ethnicorum
blasphemijs excitatus, præclarū Opus
XII. libris comprehensum elaborauit,
quod de Græcarum affectionum cu-
ratione inscripsit. porrò cum apud
Occidentem quoque profanæ super-
stitiones reuiuiscerent, aduersus illas
Saluanus, Chrysologus, ac Maximus
Taurinensis hoc tempore eloquentis-
simè declamarunt.

Bb f Sub

Carthago à Vandalis capta. Sub huius item anni exitum Carthago à Genferico Vandalorum Rege, quo cum induciæ pactæ fuerant, dolo capitur, ac miserè diripitur, cramenti religione per summam perfidiam violata. tum Catholici omnes, Episcopi in primis, ac Clerici mirè vexati, Aris, ac Templis spoliati, Arrianis Horum loco Ministris substitutis.

Sixti III. obitus. Quadragesimo eiusdem sæculi anno Valentiniano V. atque Anatolio Coss. Sixtus Romanus Pont. decessit cum annos sedisset prope VIII. Urbis verò Ecclesias donarijs ditasset. Contigit autem vt Eius postea nomine Pelagiana hæresi adpersi libri vulgarentur, quemadmodum eiusdem nominis Pontifici tributū Opus diximus, quod ob Origenistis conscriptum Sixto Pitagorico rectius tribuitur.

S. Leo Magnus succedit. Sixtum Leo Magnus subsequitur; à cuius consecratione sextum Annalium totum author foelici auspicio redorditur; & nos eius vestigia assectantes, sextum Epitomes huiusce librum, ex insituto, inchoabimus.

Libri V. finis.

AN-